

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Kortholt Adam Tribbechow

**Dissertatio Theologica Inauguralis De Jesu Christo Domino Ac Deo Nostro. Unica  
Via. Veritate. Vita**

Kiloni[i]: Reumannus, [ca. 1680]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791021068>

Druck Freier  Zugang





52 b. 6.

Pr. 2 360 p.

A - R

A - X

Pr. 119 p.

A - Z

A - L

110 p

20 p

A - M

167 p 4nd

19 p

92 p

Pr. 32 p.

A - E

A - M

A - 4

34 p

A - E

56 p

A - E

A - G

A - C

A - G

A - B

82.

313.

Fa-1092 (82.)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rostdok/ppn791021068/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn791021068/phys_0004)

DFG

21.

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
INAUGURALIS  
<sup>De</sup>  
JESU CHRISTO DO-  
MINO AC DEO NOSTRO.  
Unica  
Via. Veritate. Vita.

Ad Dictum Joh. c. XIV. V. 6.  
Consentiente Max. Rever. ac Ampliss. Fac. Theol.  
Pro consequendo Gradu Doctorali,

PRÆSIDE

Viro Admodum Reverendo,

DN. CHRISTIANO KORTHOLT,  
S. Th. Doct. & Professi. Ord. Celeberrimo Facult. Theol.  
h. t. Decano Speciabili, Domino Compatre & Collega  
suo honoratissimo,  
ad disputandum proposita

à

M. ADAMO TRIBBECHOVIO, Lubecens.  
Histor. Sacrae & Profanæ hactenus Professore, nunc autem à Se-  
renissimo Principe ERNESTO, Saxoniæ Duce &c.  
vocato Consiliario Ecclesiastico.

Die Octobr.

---

KILONI, Literis Joachimi Reumannii, Acad. Typogr.

G.D.B.A.  
DISERTATIO THEOLOGICA  
**JESU CHRISTO**  
**Via. Veritati. Vitæ.**

Commendat

Gressus Suos, Studia Sua, Animam Suam, Adeoque Se Totum,  
Ut

Regat. Erudiat. Salvet.

Atque. Eum. In. Finem. Quidquid. Hoc,  
est. Id, Omne, Humili, Prece.

Consecrat.

A. Tribbecho.



Q. D. B. V.  
DISSERTATIO THEOLOGICA.

De

JESU CHRISTO.  
Unica Via, Veritate, Vita.

Ad Dictum Joh. XIV. Vers. 6.

---

DICTUM CHRISTI

Apud Johann. c. xiv. verf. 6.

Λέγει ὁ Ἰησὸς. Εγὼ εἰμί ἡ ὁδός, καὶ ἡ ἀλή-  
θεια, καὶ ἡ ζωὴ. οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πα-  
τέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.

Vulgata Versio.

Ego sum Via, & Veritas, & Vita. Nemo ve-  
nit ad Patrem nisi per me.

Beza.

Ego sum Via illa, & illa Veritas, & Vita illa.  
Nemo venit ad Patrem nisi per me.

Cum verba clara sint, non variant Versiones reliquæ.

A 2

CAP.

## CAP. I.

*Exegesis Dicti.*

I.

**Q**uod modo repetivimus ex Johanne, Salvatoris nostri uice dilecti est, idque maxime insigne ac plurium fidei nostrae capitum memoriale dictum, quare illud quoque meditationum nostrarum materiam esse voluimus. Prius autem quam voces sigillatim expendamus, res postular, ut summatis & per Paraphrasin verum sensum verborum exponamus.

II. Repetenda itaq; series sermonis ejus, in quo hæc verba

Para-  
phrasis  
Et sen-  
sus ex  
conne-  
tione. habentur. Monuerat Salvator noster Optimus discipulos suos, paulo ante, quam spontaneam mortem adiret, de abitu suo, ex dictis. Tatque supremus ille sermo Cap. XIII, idemq; continuatur hoc nostro xiv capite. Consternabantur hinc discipuli, namque & ipse Salvator commovebatur, ubi de proditore uno ex discipulis in geminabat, nesciebant autem quid sibi vellet ista abitione JESUS, ad quam comites discipulos se habere posse negabat. Per abditionem autem suam ad Patrem mortem denotabat, nec mortem tantum, sed & resurrectionem, quia moriens ille resurrecturus, ad cœlos ascensurus, atque ad dextram omnipotentis Patris sui sessurus erat. Hic Petrus, ut plura de abitione illa sciret, interrogat Dominum, quo vellet? Respondet JESUS. Petrum non posse modo sequi se, secuturum autem in posterum aliquando. Ad hæc impetu suo Petrus ac inconsiderate nimis, Quidni sequi possit? se vel mortem pro Salvatore obiturum. Respondet ad hæc mansuetissimus Salvator. Tunc pro me mortem adeas? qui antequam canet gallus, etiam tertia vice me abnegabis. Hac vacatinantis Salvatoris gravi voce repressus Petrus animo procul dubio cecidit, & cum isto reliqui quoque interturbati fuerunt Apostoli. (Hic finit. cap. XIII.) Quid tum porro Optimus Salvator noster? Animo collapsos ille erigit, & mœror percusso suavissime consolatur. Ne turbetur, ait, cor vestrum, credite in Deum & in me credite. In domo namq; Patris mei multi sunt mansiones. Dixi vobis me abiturum ad Patrem, hic consternati estis, quasi vero ego solus domum Patris mei sum occupatus, capit hæc dominus.

mus multos, multæ ibi sunt mansiones. Alioquin ( si minus hoc )  
dixi vobis, Vado paratus vobis locum. ( Ita omnino verba verten-  
da sunt, alias hic cum interpretibus hæremus : Est autem hic  
sensus ) Si non debito modo perpenditis, quod modo dixi vobis de  
mansionibus multis, his claris verbis meis fidem habere debetis,  
quod dixi vobis, Vado ad Patrem meum locum vobis paratus.  
Quod si abiero & preparavero vobis locum, iterum venio & assu-  
mam vos ad me ipsum ; ut ubi sum ego, & vos scitis. Verba clara  
sunt & plena dulcissimæ consolationis. Et scitis quo abeam, &  
viam scitis. Nolisque toties vobis de passione mea dixi, ipsi et-  
iam me Dei filium agnoscitis, scitis itaque quo abeam, & viam  
scitis. Eriguntur suavi voce Salvatoris, nec tamen recordantur  
& percipiunt exacte illud, quod demum post resurrectionem il-  
lud plenissime apertum fuit ; Messiam scilicet humani generis Re-  
demptorem pati & mori oportere, & in gloriam suam introire ( vid.  
Luc. c. xxiv, vers. 26. & 46. ) Quare adhuc ipem inter & metum  
attentus Thomas, Domine, ait, nescimus quo abeas, quomodo i-  
gitur possumus viam scire. Petrus quæsiverat, quo abire velles, sed  
& viam etiam scire ? Adeo confusæ mentis erant discipuli, ut non  
advertererent ad verba Salvatoris, tamque alte carnales cogitationes  
de regno ejus terreno animis eorum impressæ hærebant, ut licet  
audivissent aliquoties de morte & passione Christi, stuparent ta-  
men ad mortis ejus memoriam, non cogitantes viam eam ad glo-  
riam, unde & de via audientes fingebant sibi nescio quos ad cœ-  
lum gradus tramitesque. Ita cogitationibus in diversa distractos  
revocat ad se Salvator, in me, ait, intuemini. Ego sum Via, Ve-  
ritas & Vita, nemo potest pervenire ad Patrem nisi per me. Nequic-  
quam solliciti estis. Credite in me, ego enim ipse sum Via, quod  
si Vos in me creditis, jam estis in Via. Per fidem enim in me, estis  
in me. Ego sum Veritas, credite in me, & salvi estis, ipsa enim ve-  
ritas sum, sum Verbum Dei, Deus ipse, qui facere possum, que-  
dico. Sum ego Vita ipsa, abitu meo & morte mea ne percellamini,  
vita ipsa sum, & mortem morte mea abolebo. vosque vivi-  
ficabo : Ita per me i. e. meo merito, qui Via ipsa sum, meo verbo,  
qui Veritas ipsa sum, & virtute mea, qui Vita ipsa sum, datur tan-  
tum pervenire ad Patrem.

A 3

III. Arg.

Q<sup>uarti</sup>  
sur. an  
zorus  
ille cō-  
textus  
verbo-  
rum si-  
cabulo  
gurari  
fieri

III. Atque hæc occasio, hæc summa, hic sensus verborum Christi est. Restat ut singula dicti nostri meditemur, ac uberior etiam exponamus. Ubi in limine occurrentum illis, qui emphaserunt illorum penitus haud considerantes, aut figuram rhetorica- verbo- cam in tribus his vocibus Via, Veritas, Vita querunt; aut in vo- rum fi- gabulo Veritatis tropum. Quæritur itaq; an verba hæc: Sum Via, Veritas, Vita figurata dicta sint, atque sic quidem explicanda: Ego sum Via vera Salutis? Maldonatus Jesuita in Commentario suo ad h. l. quia hujus dicti duplē sensum proponit, nervum tangere non videtur, est autem is primus hujus sententia auctor, per figuram, quæ Hendiadys rhetoribus dicitur, hæc exponi debere. Verba ejus sunt: Duas ergo probabiles rationes explicandi hoc dictum invenio; Alteram, ut Hebraismus sit, qualem alibi no- tavimus, & nomen Veritatis, & Vitæ tanquam epitheta adjecta, sine, quemadmodum si dixisset: Ego sum Via vera & ad vitam ducens, aut ego Via Veritatis, & Vitæ, hoc est, qua ad Veritatem & Vitam itur, aut qua itur ad veram Vitam. Maldonati vestigia sublegit sodalis alter Cornelius à Lapide, qui & ipse in Commen- tario ad hunc locum à Veterum expositione abit, & Maldona- tianam interpolat novo invento. Verba ejus sunt: Ego sum Via, Veritas & Vita. Breviter sensus genuinus est, quasi dicatur: Quæ- ris o Thoma duo, scilicet meam viam, & ejus terminum, nimi- rum quo vadam & qua via? Respondeo. Ego sum via, quamqua- ris, via inquam, non fallax, sed vera, quæ dicit ad veram vitam, puta ad Deum Patrem in celis, ubi est domus Patriæ mei, in qua mansiones multas esse dixi. Unde id explicans subdit. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Pater ergo est terminus, ego sum Via. Est Hendiadys. Via & Veritas, i.e. Via Vera. Rursum. Veritas & Vi- tai, e. Vera Vita. Tò enim Veritas cum ponatur inter tò Via & Vita ad utrumque referri potest. Ita figuram geminat Cornelius Beza prævallis videtur utriq; & doctissimus è nostris Tarnovius pedet in hanc sententiam, quia commodior est ad conclusionem, Secat autem ille textum per Syllogismos. Verba ejus sunt. Chri- stus probat indirecte & per consequens initio, eos scire, quo catur, deinde, quo ipse vadat. Prius ita concluditur. Per quem solum o- mnes veniunt ad Patrem, is est solus vera vita aeterna via (ita e- nīm)

2

nim contrabenda statim cum Beza, Maldonato & aliis, quae  
disjunctim tribus vocibus de se extulit Christus, inquiens. Ego sum  
via, veritas, & vita. p. 969. vide & p. 1013. Hæc autem exposi-  
tio merito suis auctoribus relinquitur, neque à nobis ob gravissi-  
mas hasce rationes probari potest. Quia (1) figura Hendiadys  
non est inter tria sed duo substantiva, quod nomen ipsum satis  
innuit, namque èr  $\Delta\alpha$  ducit Unum per duo efferri dicitur. Tum  
(2) loca parallela, quibus Salvator noster Sapientia, Veritas &  
Vita dicitur in casu recto propter quoscum cum Patre, docent nos,  
quod neque hic absq; necessitate figuram effingere habeamus. I-  
pla (3) connexio textus & scopus Salvatoris id comprobant, de  
officio suo mediatorio hic agere Salvatorem, quod ut Homo-Deus  
executus fuit, atque idcirco dicit se & Viam & Veritatem & Vitam  
esse, ut se mortis domitorem doceat. Tum (4) articulus ter re-  
petitus emphaseos index est. Accedit (5) calculus Patrum anti-  
quorum, quorum nemo verba ita expōnit, uti par hoc Jesuita-  
rum. Opponimus etiam (6) Jesuitis duobus Episcopos potiores  
duos, quorum alter etiā primum consentit, mavult tamen veterem  
sententiam ultimum tueri, alter etiā expresse, nec sine ratione  
contradicit. Primus est Johannes Jansenius Episcopus Gandaven-  
sis, qui ita in Concordia sua Evangelica c. 134. Ceterum quod non  
solum se dixerit viam, sed etiam adiacerit se esse Veritatem & Vi-  
tam, simpliciter videri potest fecisse, ad significandum, qualis ipse  
sit Vita. Est enim ut dicit Sapiens, Via quæ videtur homini justa,  
novissima autem ejus deducunt ad mortem. Significac ergo se esse Vi-  
am talem quæ non fallat, nec mittat errorem, ac per errorem  
tandem in mortem, sed quæ ducat in omnem veritatem, & doctri-  
nae & justitiae, & per Veritatem ducat ad Vitam aeternam, eamq;  
sua sectatoribus largiatur. Unde supra dicit (c. 8.) Qui sequitur  
me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Hactenus  
stabilit Maldonati sententiam. Mox autem videtur plane contra-  
riam fovere, quando subinfit: Significat tamen etiam additis his  
duabus dictiōibus, se verum Deum esse, quia soli Deo competit  
esse ipsam Veritatem & Vitam. Notandum autem apud Gra-  
cos singulis barum trium dictiōnum apponi articulū, n̄ oīōs, n̄ à-

Angeca,

Adindeo, in Zon., ut intelligamus non quamlibet viam aut veritatem  
aut vitam, sed veram illam & unicam Veritatis. Disertius nec non  
sine gravibus rationibus Maldonatianam sententiam improbat alter  
Cornelius Jansenius Episcopus Irenensis in Tetrateucho suo ad  
h. l. p. 337. Plerique recentiores, ait, probabiliter volunt esse majorem  
explicationem viae. q. d. Ego sum Via, Veritas & Vita, Via vera non  
fallax non erratica, via quae sine errore dicit ad vitam aeternam. A  
qua interpretatione non abhorret Hilarius l. 7. de Trinit. cui sensui  
apposite subjungit. Nemo venit ad Patrem tanquam ad terminum  
viae, (sic enim explicat, quod vadat) nisi per me, i.e. per doctrinam  
meam, cui obtemperet; per conversationem quam imitetur; per  
mortem quam redimatur. Sed quia singula voculis valde emphati-  
ce est additus Graece articulus in ecclesiis. Illa Via, illa Veritas, illa  
Vita videntur singulain abstracto merito de Christo explicari pos-  
se, praesertim quia ei sic propriissime convenienti. Itaque Augustinus  
cum hic, cum alibi plerique vule bis duobus vocabulis explicari  
terminum viae, nempe divitatem Christi, quam eandem habet  
cum Patre suo; primo vero verbo explicari ipsam viam scilicet hu-  
manitatem eius. Hasce rationes ponderans Titinus & ipse Jesuita,  
etsi Maldonatum invitus deserit, cogit tam & ipse em-  
phas in trium harum vocum fateri. Verba ejus sunt in Commen-  
tar. ad h. l. Ego sum Via, Veritas & Vita i.e. Ego sum Via non  
fallax sed vera; non mortis sed vita; non ledens, sed vivificans;  
non ad mundanam aliquam felicitatem ducens, sed ad vitam &  
gloriam aeternam. Est enim Hendiadys. Ita S. Hilarius. Nisi ma-  
lis cum S. Chrysostomo, Bernardo & Toloto sic distingue: Ego  
sum Via, quia per fidem in me per meam doctrinam, mei imitatio-  
nem, meum meritum certo pervenietis ad Patrem. Ego sum Veri-  
tas, quia quæcumque promisi, re ipsa præstabo. Ego sum Vita, quia  
licet occisi fueritis, vivificabo vos.

Auf. IV. Ita quidem puto constare, nullam hic figuram rhetori-  
gura inricam in ipso verborum contextu querendam. An autem in  
vocibus, singulis vocibus? de voce viae res manifesta est; namque in hac  
tropus est. Ambigitur autem de vocabulo Veritatis, frustra ut mihi  
quidem videtur. At Maldonatus se & alterius novæ sententiae  
auctorem ostentat. Ita ille porro ad h. l. Alteram probabilem no-  
men

tionem invenio, ut Veritas producere sumatur, que viam ostendit,  
quasi dicat, Ego sum via, Ego sum fax, que præstet viam ipsam ostendens,  
& vita ad quam via ducit, sicut dixit supra c. 1. v. 4. 5. In  
ipso via erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet.  
Quam expositionem videtur Bernhardus indicasse. Quid inquit, est  
lumen vite, nisi veritas, que illuminans omnem hominem venientem  
in hunc mundum, ostendit ubi sit vera vita? ideo cum dixisset, Ego  
sum Via, & Veritas, subdidit, & Vita. Vestram fidem interpretes  
& sacri sermonis intelligentes viri! An licet tollere vocabulum  
proprie significans & substituere metaphoricum? Nemo id qui-  
dem ausit. Licet alias propria explicare ex analogiis rerum simi-  
lium & vocabulorum. Sic probamus illos, qui Veritatem ut ex-  
plicant, afferunt illa loca, quibus & lux & lumen Salvator, noster  
dicitur. At vero Salvatorem Veritatem per metaphoram se ipsum  
appellare, cum alibi lux vocetur, nemo sibi facile persuaderi pati-  
etur. Est autem res manifesta, ut verbis pluribus haud opus sit.

V. Singulas itaque voces penitus si inspici mus, occurrit <sup>Qualiter</sup> primum id, quod subjecti rationem habet. Ego, ait, <sup>sit Pra-</sup> Salvator &c. Si enunciationem, ex his verbis Salvatoris, formemus, illam quidem <sup>dica-</sup>  
**Homo (Christus) est Via, est Veritas, est Vita,** manifestum est <sup>sitio;</sup> id quod subjecti loco stat, non esse abstractum Naturæ, sed <sup>est Christus</sup> <sup>est Via,</sup> concretum. Et quia prædicata, Via, Veritas, Vita, etiam ut Idio <sup>Veritas</sup> mata commode accipi & intelligi à nobis possunt & debent, ideo <sup>Vita,</sup> hæ propositiones ad aliquod communicationis idiomatum genus referri possunt. E. g. Quia in enunciatione hac: Christus est via; Prædicatum significat Mediatorem, ut mox declarabimus, referitur hæc Prædicatio ad tertium communicationis idiomatum genus, atque ita subjectum secundum utramque naturam suam explicandum venit. Atque sic & alterum illud: Homo (Christus) est Veritas & Vita. Quatenus enim Salvator vitam utramque tam corporis quam animæ nobis hoc ipso dare & conservare dicitur, manifestum est, & hanc prædicationem, ad genus aliquod communiationis idiomatum referri debere.

VI. Prædicata harum prædicationum singula quod attinet,  
occurrit hic primo vocabulum Viæ, quod per tropum de Sal-

B.

vato-

vatore nostro dicitur. Quare autem via? Interpretetes hic o-  
Christi mines uno ore CHRISTUM se Mediatorem denominare di-  
qui & cunt: Via enim, ajunt, ut est medium veniendi ad termi-  
num, ita CHRISTUS Mediator noster est, qui nos ducit ad  
Deum. Ita Augustinus l. XI. de Civ. Dei c. 2. Homini est iter ad De-  
um per Deum & Hominem, qui est Christus. Christus itaque  
Θεόν θέωπος est nobis via. Aliam rationem quare Salvator no-  
stet Via sit, assert Athanasius in expositione fidei, quae &c hoc  
comprobat. (Si tamen haec sunt Athanasii.) Αὕτη γὰρ ὁδῶν  
ἐκλισηὶ υἱογλαυκὸς ἀνθεωπός, δι' εἰς σωπείαν ἡμῶν ἐφανέξωσε.  
Διὰ τοῦτο γὰρ τὴν ὁδὸν τὸν πατέρα ἔχοντας ὁδούσιαν. ἀντὸς γὰρ  
ὅτινος ἡ ὁδὸς καθ' ὃς λέγεται. Principium enim viarum conditus est  
homo dominicus quem in salutem nostram manifestavit, prope-  
re a habemus ad Patrem aditum, ipse enim est via, quemadmodum  
dixit Possemus & hanc illustrationis causa similitudinem affer-  
re, Christum idcirco Viam se dicere, quia est omnis boni auctor,  
atque simul ultimus boni finis, adeoque vere Summum Bonum.  
Via enim una est, quamvis initio & fine suo alia atque alia videa-  
tur: Si enim pergas ab initio viæ, venis ad finem per viam, &  
finis hic redeundi iterum fit initium. Ita Christus est A & οὐ πρίμος  
& ultimus (Apocal. I. & II. & XXII. Capit.) Principium & finis  
(Apocal. XXI. vers. 6.) Salutis nostræ Αρχηγὸς καὶ τελειωτὴς  
πίστεως, Auctor & Consummator fidei, Hebr. XII, 2. Quippe, efficit ut  
Deus in nobis, bonum opus & perficit Phil. I, 6. Operatur in nobis velle  
& perficere, ad Phil. II. 13. Hæc quidem de terminis viæ, quorum  
alter initium, alter finis dicitur; Intra terminos hos illa ipsa Via est,  
quæ itur. Quomodo autem Christus Via nobis sit, ipsa sacræ li-  
teræ expresse nos docent. In Epistola ad Hebreos c. X. v. 19.  
20. hoc memorabile extat: Ἐχοντες παρρησίας εἰς τὴν εἰσόδου  
τῶν ἀγίων ἐν τῷ αἱματι, ἣν ἐκάπιτεν ἡμῖν ὁδὸν τοὺς Φαῖτον καὶ ζώ-  
ους Άργο τῷ αἵματος αἷμα, τριτέστι, τῆς σαρκὸς αὐτῆς. Hæc ita  
vertimus: Habemus confidentiam ad introitionem in Sanctum San-  
ctorum in Sanguine JESU. Quam viam nobis dedicavit ex recenti  
morte novam & vivam per velum i.e. carnem ipsius. Docet Apo-  
stolus

2

stolus, Christum nobis vitam factum esse; i.e. Sacerdotem illum magnum, cuius typum Sacerdos sicutius in Sanctuarium per sanguinem ingressus sub Veteris Testamenti umbris habebat, uno verbo Mediatorem. Id toto capite præcedenti IX. inculcaverat Apostolus, docueratque præsertim, v. 11. 12. hunc Sacerdotis summi antitypum, sive Mediatorem Christum, Pontificem futurorum bonorum ingressum esse semel in tabernaculum manibus hand factum, nec per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem, atq[ue] ita eternam redemptionem nobis acquisivisse (v. 26.) Peccato per sui ipsius immolationem abolio. Indeque cap. sequenti X. infert: Nos per Christum ingredi posse in Sanctum Sanctorum &c. ad cœlestia gaudia, quia ille morte sua, quam in carne sustinuit, aperuit Viam, & Vitam nobis hac morte acquisivit, hinc via via & ex morte recens vocatur, & veli i.e. carnis mentio sit, in qua Christus passus est. Hinc dignosci facile potest, quam frigidæ sint illæ Socinianorum interpretationes hujus loci, ut cum Schlichtingius ad hunc locum p. 106. ita: Dicit JESUS. Ego sum Via. Revocat ita Thomam à cogitatione rerum terrenarum ad cœlestia, a via terrena ad spiritualem: quasi dicat, Ego sum ista via, de qua loquor. Atque hæc puto pro vero & genuino vocabuli hujus sensu sufficere. Si quis viam hanc meditari uberius velit, is consulat Gerhardum in Harmonia Evangelia c. CLXXVI. ubi multa egregia & homiletica de hac via monet; nos hic compendio ejus meditationes exhibemus. Christus, ait, est Via (1) ratione ad apertio[n]is, quia aperuit nobis viam ad vitam eternam. Per & proper peccatum Adæ via ad Paradisum cœlestem nobis est obstruta, sed per Christum secundum Adamum hec Via iterum nobis est aperta &c. &c. (2) ratione premonstrationis, non solum aperuit nobis in cœlum viam ac merito passionis sue inter septum sustulit, sed etiam eam nobis monstravit: & quidem primo per suam doctrinam &c. &c. Secundo per sanctam suam vitam. Christus enim non solum viam monstravit in suo verbo, sed in eandem nobis præivit suo exemplo &c. &c. (3) Ratione deductionis. Quamvis Christus in verbo Evangelii lumen nobis accendat, per quod viam salutis nobis monstrat, quamvis etiam exemplo suo in hac via nobis præeat, nos tamen per naturam ita sumus

Iamus exterriti & obtenebrati, ut viam hanc non noscamus.  
Christus autem nobis donat Spiritum Sanctum. Addit, Christum  
viam quoque esse (1) ratione prædicationis. (2) sanctissima Conver-  
sationis (3) ratione Passionis & Mortis (4) ratione resurrectionis  
& ascensionis, (5) ratione nostra glorificationis. Reliquum, ut,

Queritur quibus Christus sit Via, perpendamus, namque & hic sententiarum  
sursum an divortia videmus. Primum autem queritur. An Christus sibi ipsi  
Christus sit Via? Maldonatus in h. l. ita: *Ipse sibi via est, non quia credens*  
*sibi ipso ad Patrem vadit, sed quia ipse per se suo merito, sua auctoritate*  
*Via? tate vadit, ipse sibi viam pandens nemine monstrante, nemine aperi-*  
*iente, nemine praecunte.* Tarnovius in Com. ad Johan. p. 1012.  
Maldonatianam haec sententiam, postquam recensuerat, refutat.  
Perinde hoc est, ait, ac si dicatur; *Christum etiam sibi Mediatorem*  
*fuisse ac sibi meruisse.* Et sane Pontificiis Doctoribus vulgata dicitur.  
Etina est, Christum sibi quoque meruisse. Ita invenio & Jansenium  
Episcopum Ippensem hunc locum explicare. Christus, ait, p. 337. *sibi*  
*quidem Via fuit, quia proprie passionis merito intravit in gloriam*  
*suam & Patris, ut patet Euc. 23 (24) 33. &c ad Philipp. 2. Bellarmi-*  
*nus l. v. de Christo c. 9. & 10. & Calviniani plures consentiunt. Apo-*  
*plaudunt Sociniani, quamvis unus inter eos, ubi rem recte pen-*  
*sitat (Smalzius is est Ref. Monstr. f. 114.) Christum obedientia*  
*& passione sua sibi ipse nil proprie meruisse, fateri tandem cogar-*  
*tur.* Est autem haec assertio contra manifesta scripturæ loca, quibus  
Christus non sibi sed nobis natus, datus Es. IX. 6. pro nobis legè  
obnoxius factus Gal. IV. 4. propter peccata nostra Rom. IV. 24.  
Justus pro injustis mortuus I. Petr. III. 18. Sed objiciunt hic au-  
toritatem Augustini, qui ubi Christum viam esse declarat tr. 69.  
ad Johann. *Ibat ad se ipsum, ait, per se ipsum: & nos quo imus,*  
*nisi ad ipsum? & qua imus nisi per ipsum.* Quid hic de merito  
Christi, quo sibi mediator fuerit? id docet Augustinus exponens  
dictum Salvatoris, Christum Patri όμοθετον esse. Namque & alibi  
in hunc sensum, Dominus, ait: *Ego sum Via, Veritas & Vita.*  
Per me venitur, ad me pervenitur, in me permanet. Cum enim ad  
ipsum pervenitur, etiam ad Patrem pervenitur, quia per aqua-  
lem ille, qui equalis est, cognoscitur, vinciente atq[ue] conglutinante  
spiritu Sancto, ut in summo atque incommunicabili bono sine fine  
maneant.

maneant. libr. I. de doctr. Christ. c. 34. & Prosper Sententia  
f. 268. Idem Theophylactus hic subiecit, cuius locum infra reper-  
temus. Ita etiam accipiendi nonnulli Theologi nostri, qui Chri-  
stum viam ratione sui ipsius faciunt, quia propria virtute non ar-  
tiena ivit, & redemptionis opus solus ut Θεός ἡγων consum-  
mavit. Porro queritur, an Christus sit via, si non sibi, tamen An-  
gelis? Id placuisse video Adamo Conzen Jesuitæ, in Comment. Christ.<sup>9</sup>  
ad h. l. Verba ejus sunt: *Viam se dicit, quā ad Regnum itur, non si Via*  
*modo qua homines, sed qua itur & Angelis, ut docet noster Ange-*  
*lo. Soar T. 1. in 3. partem. Cornelius à Lapide in h. l. Nemo venit ad m.*  
*Patrem. Nemo hominum. Addit Suarez: Nemo quoque Angelorum:*  
*hos omnes enim omnem suam gratiam & gloriam accepisse à Chri-*  
*sto, ejuusque meritis ipse censet, multisque probat 3. p. q. 19. art. 4.*  
*diff. 42. s. 1. Calviniani nonnulli, in quibus Bucanus in Instit.*  
*Theol. Loc. VI. q. 30. Philippus Cæsar in disput. Inaugur. th. 71.*  
*consentire ex parte videntur. At quid Mediator opus, ubi offensa*  
*nulla? Mediator noster redemptor nobis est, redemit autem per*  
*solvendo λύγον pro peccatis, Mediator noster Gol & Constan-*  
*guineus noster est, nec Angelos, sed Abrahæ semen is assumptus, uti*  
*pluribus Scripturæ sacrae locis docetur.*

VII. Christus se porro Veritatem dicit: *Ego, ait, sum Ver-*  
*itas & Vita.* Cum attributa divina de Deo in abstracto prædicari  
possint, atque eadem de Christo, id magnum Divinitatis Christi ar-  
gumentum est. Non enim dicit, *Ego habeo, Ego dico Verita-*  
*tem, sed, Ego sum Veritas.* Non dicit, ego vivo, sed *Sum Vita.* Ex  
hac dictione & similibus Patres antiqui Divinitatem Christi solide  
satis asseruerunt, & Arrianam de mutabilitate ejus sententiam im-  
pugnaverunt, Gregorius Nyssenus Th. Hom. 7. in Cantic. p. 570.  
Οὐκέτι τὸν ἐαυτὸν Φῶν ἀνὴρ ὄπει δίδιν, αληθίας τε καὶ εο-  
ραῖας καὶ δυναμεώς δοῖα δίδιν &c. Dominus natura sua, id ipsum  
quod est, Veritatis & Sapientiae & Virtutis est substantia. Leo Papa  
ep. xciii. Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo justitia  
est, sed multi participes sunt veritatis & sapientiae, atque justitiae.  
Solus autem Deus nullius participationis indigere est. De quo, quic-  
quid digne utunque sentitur, non qualitas est, sed essentia. Vid.

B 3

& Cy.

2

2

Cyrillum Alexandr. l. xxxiv. Thes. ubi ex eo quod Christus Veritas & quod Spiritus S. Veritas dicitur, utriusque Personæ divinitatem probat. Vide & Athanasium Orat. II. contra Arrian. & fine libri contra Græcos. Idem de Christo, ut vera Vita, sentiunt Patres, atque Divinitatem ejus inde colligunt. Basilius ep. cxli. Quicquid propter alterum vivit, ipsa vita esse non potest. Christus vero & Deus noster dixit: Ego sum vita: Augustinus tract. 48. in Johann. Quomodo vita Filius? & habens vitam Filius? quod habet? hoc est; Tu aliud es, aliud habes: V. g. habes sapientiam. Num quid tu es ipsa Sapientia &c. Non sic est Deus Dei filius &c. Sic habet Sapientiam, ut ipse sit Sapientia, faciatque Sapientes, sic habet vitam, ut ipse sit Vita, faciatque Viventes. Auctor libri de cognitione veræ vitæ c. vii. (inter opera Augustini tom. ix.) Omne quod vivit, aut per se vivit, aut per aliud. Sed Deus per se ipsum & in se ipso vivit, & alii omnibus vivere tribuit, igitur vera est vita & vitalis vita &c. Chrysostomus Hom. v. in Johann. Cum vero audieris in ipso Vita erat, cave compositum suspiceris. Nam postea de Pater etiam sic loquitur. Sic Pater habet vitam in se ipso &c. Quoniam enim non facile quispiam è vulgo perciperet πνεύμαν αὐτὸν ἐνυπόστασιν ζωὴν quenam illius subsistens vita sit, prius illud quod erat, humilius dixit, deinde quod sublimius est, jam eruditos adducit, quippe idem ille qui dixit, quoniam dedit ipsi vitam habere, rursus dicit. Ego sum Vita. Vide & Gregor. Nyss. in Orat. Catechet. c. i. & Cyrillum Alexandr. l. xix. thes. Athanasium l. s. c. Audiamus è recentioribus Gerhardum, qui unus hic instar omnium. Ita ille in Harmon. c. clxxvi. Ego sum Via, Veritas & Vita. Probe notandum singulis horum nominum preponi articulum, & interseri conjunctionem copulativam, ut significet se esse non quamlibet, sed unicum illam Vitam, nec quamlibet sed primam illam veritatem, nec quamlibet sed essentialē illam Vitam, quae est ipse Deus, unde haud absurde buc accommodari posset dictum Apostolicum Act. xxii, 28. In ipso vivimus, movemur & sumus. In Christo movemur quia est vita. In Christo sumus quia est Veritas. I. Joh. v. 20. Sumus ἐν τῷ αληγονῷ. In Christo vivimus, quia est Vita. August. l. ix. C. D. c. 15. Idem in inferioribus via, qui in Superioribus Vita, Lyranus in hunc locum. Christus

Etus est Via secundum humanitatem; quia ea quae gessit in humanitate, sunt via perducens ad gloriam, & in quantum est Deus, est Vita ac beatitudinis terminus. Adeo clara hæc sunt ponderis verborum Christi argumenta, ut contra facile exigi possint inania & cassa Socinianorum commenta ad h. l., qui sicubi in sacris divinitatis Christi vestigia vident, tegunt, negligunt, spernunt. Daniel Brenius Notis in Evang. Johan. f. 97. ita interpretatur: *Sam Via, Veritas & Vita.* Ego sicut Viam Salutis Veritatem Evangelicam predicando commonstro, ita Vitæ æternae dandæ jus habeo; vel quod idem est: *Ego sum Via Salutis.* i. e. Veritatis Salvatoris Doctor, viteque ipsius æterne dator à Deo constitutus. Et Jonas Schlichtingius à Bukowick in Comment. ad h. l. *Ego sum Veritas.* Quia Veritatem docebat; per Metonymiam effecti pro causa. Et *Vita.* Eadem Metonymia, quia Vitam nemp̄ æternam con fert. Ultraque & Veritatis & Vita appellazione causam exprimit, ob quam se Vitam appelleat.<sup>13</sup> *Via enim ad terminum suum dicit,* & *Veritas, quam Christus docet, ad Vitam dicit.* Quid ergo ad loca parallela, ubi Christus Vitam in seipso habere dicitur, quemadmodum Pater; an & hic Metonymia? ubi ἀληθινὸς Θεός, ut I. Joh. v. Joh. xvii. dicitur? Hujuscemodi itaque dicta à Patribus furori Arriano opposita, & cum hoc loco conjuncta, neminem facile de vero sensu, quem nos supra exposuimus, dubitare permettunt. Sic & coarguitur illorum κείσις, qui Christum hic Veritatem dici putant, qua ille opponitur ceremoniis legalibus, quia dicitur Joh. I. 17. *Lex per Mosen data, Veritas autem per Christum nobis contigit.* Par iure rejicitur Calvin, illa glossa ad h. l. in Comment. p. 176. *Veritas quibusdam hic salvificum cœlestis sapientia lucem significat: alii vero substantiam vitæ honorumq; omnium Spiritualium, que opponuntur umbris & figuris, sicuti c. I. Gratia & Veritas per Christum JESUM facta est?* Mibi *Veritas pro fidei perfectione accipi videtur, sicuti via pro initio & rudimentis.* Quis non videt & textus connexionem ipsumque propriæ Veritatis vocabulum, tum quoque parallela loca per se ipsa argueret quæ alienam à vero sensu Calvini expositionem? Quid autem Veritas rati one do significet, ubi de Deo & Christo prædicatur, paucis nunc quoque o' Deo stendendum. Philosophorum potior turba, ubi hunc terminū in Me dicaphy sur.

Metaphysicis suis disquisitionibus & regulis explicandum sumpsere;  
triplicem faciunt Veritatem, Metaphysicam, Ethicam, Logicam.  
Metaphysicam ajunt opponi non existentia, Logicam fallitati,  
Moralem mendacio. Ubi autem Veritas Metaphysica transcen-  
dentalis definienda, non iisdem verbis omnes utuntur, neque  
etiam eadem ducuntur opinione. Aliqui conformitatem cum  
Ideis divinis eam dicunt, plurimi in conformitate cum intellectu  
divino & creato simul eandem collocant. Est etiam bona pars  
eorum, qui Convenientiam enti inesse debitam Veritatem ajunt,  
qua Ens verum dicitur. Sunt & qui explicant per ipsammet ene-  
titatem cum connotatione conformitatis ad principia sua essen-  
tialia concepta: alii etiam per fundamentalē intelligibilitatem.  
Video etiam, qui plane negant dari Veritatem aliquam incom-  
plexam in prima mentis operatione. Non disputabo de his pro-  
lixius, neque quibus singuli rationibus utantur, operosis exqui-  
ram, sufficiat hic Deum se dicere Veritatem ipsam, ideo quia cum  
reliqua entia vera sint, ipse solus est Veritas. Rationem differen-  
tiae scire vis? Deus ipse Veritas est, quia se ipso est, & causa est,  
ut reliqua entia sint, & dum sunt, vera quoque sint. Audien-  
dus hic quoque Thomas I. Summ. q. xvi. art. 5. ubi nervose ita:  
*Dicitur Jobannis XIV.* Ego sum *Vita*, *Veritas* & *Vita*, binc con-  
cludo. Deus cum sit suum esse, ut intelligere, & mensura omnis esse  
& Intellectus, in ipso non solum est Veritas, sed & ipse summa &  
prima Veritas est. Dico autem quia Veritas invenitur in intellectu,  
secundum quod apprehendit rem ut est, in re quod habet esse con-  
formabile & intellectui. Hoc autem maxime invenitur in Deo. Nam  
esse suum non solum est conforme suo intellectui, sed etiam est ie-  
psum suum intelligere: & suum intelligere est mensura & causa o-  
mnis alterius esse, & omnis alterius intellectus: & ipse est suum esse  
& intelligere. Unde sequitur, quod non solum in ipso sit Veritas;  
sed quod ipse sit ipsa summa & prima Veritas. De Veritate Ethica  
nemo, qui bonus est, ambigit. Quod scilicet Deus summe verax  
Christus sit, quare plura hic non addimus. Aqui Christus ipsa Vita esse  
ipsa Vi-intelligitur? Fuerunt qui vitam de Deo per tropum dici existima-  
ta di- runt, videnturque hi nescivisse vitam eminentiori modo quoque su-  
cessa, mi. Alii Deum Vita intentionalē non Physica vivere asseruere,  
yidene

Videnturque hi Physicam Vitam eam tantum statuisse, quæ habet principium motus & quietis, qualis animatorum in mundo est, cum tamen & Angeli vivant, & intellectus & scientia conceptum cum concepitu vitæ confundisse veritus quam exposuisse. Alii perpendiculariter id, quod Vita sit actus, quemadmodum Aristoteles docuit, in eo vitam Dei posuerunt, quod sit ipsa Dei essentia, quæ operationibus immanenibus sese attuat, & perficit, non quod effectio-  
ve actus illos eliciat ex se, sed quod eminenter & negative per se-  
et ipsum omnia praefat, & in sese involvat, quod ad vitalem per-  
fectionem requiritur. Ita Philosophi & Theologi nonnulli. Bi evi-  
ter, Deus in sacris sibi soli Vitam attribuens, Majestatem declar-  
at suam, cum dicit יְהוָה אֶיךָ, Vivo ego; unde Paulus Deum ait  
proph. εγενόμην αἰγαλειαν solum habere immortalitatem, videlicet ex  
se solo 1. Tim. vi, 16. Ita Vita, quæ est Actus, Deo eminentis-  
simi modo competit, ita ut sit ille solus purus actus, se ipso tau-  
lis; fons quippe vitæ omnium; Deus (אֱלֹהִים) spiritum uni-  
versæ carnis Num. xiv. 22. In quo vivimus movemur & sumus.  
Act. xvii. 28. atque sic ipsa vita immutabilis æterna, Mal. iii. 6.  
1. Joh. v. 20. Possent & alia addi uberioris declarationis causa, qui  
Christus a nobis, ut Via, Veritas, & Vita considerari posuit. Hoc  
autem, si tempus permittat, ultimo capite inter expositiones pra-  
cticas expendemus.

VIII. Superest altera dicti pars, cuius exegesis hic quoque <sup>Quis</sup> annexenda, Christus porro ait: *Nemo venie ad Patrem nisi per sensum me.* Nemo græca lingua peritus negabit facile, particulam sit. Ne ei & ēas μὴ, præfertim ubi signum negativum præcedit, vim ex mo per cludendi habere, unde hanc ipsam particulam per solum reddi posse <sup>Gensis</sup> ad Pa- & debere, ex locis parallelis ostendi potest, Vide Marci XIII. 32 trem & Matth. XXIV. 36. Ita εἰ, & ēas μὴ respondeat Hebraicōn <sup>visper</sup> נִלְמָנָה & latino Nisi, idemque significat, separativa particula <sup>me.</sup> κωεῖς. Ita ad Romanos III. v. 28. *Dicimus justificari fide, absq; operibus legis.* Χωεῖς ἐργων νόμος; quod ad Galatas II. v. 16. ita repetitur, ἡ Δικαιοσταὶ ἀνθεωποὶ ἐξ ἐργων νόμος, ēas μὴ Δι- καιοσταὶ ιησοῦς χριστοῦ. Non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem

fdem. Idem itaque dicunt hæ particulæ, quod adversativa illa  
ἀλλὰ μὴν, id quod patet ex collatione superioris cum dicto ad Ro-  
manos C. IV. 13. ἐδικτύωμεν, αλλὰ δικά πίστεως; Ut ita Luthe-  
rum injuria criminentur Pontificii, quasi ille non imperite tantum,  
sed & nequiter temerarit locum ad Roman. III. 28. exprimendo  
exclusivam. Quare VI. significationis particulae hujus exclusivæ  
ita merito exponimus dictum, quod Nemo absque Christo ad Pa-  
trem pervenire possit, & quod Christus solus sit, per quem per-  
veniatur ad Patrem, cum χωρὶς, εἰ μὴ, εἶτα μὴ, αλλὰ μὴ promis-  
scuē sumantur, & vim excludendi habeant, uti modo declara-  
tum est. Quid hoc ipso est per Christum pervenire? Breviter. Signi-  
ficatur hoc ipso per Christum ut Viam pervenire. Christus autem  
Via nobis est, quatenus ipse mortuus est, & introivit in gloriam  
Patris: Per ipsum itaque ut Viam pervenimus ad Patrem, quan-  
do vi meriti ipsius vera fide apprehensi hic justificamur & in alter-  
ra vita glorificamur. Huc omnino revocandum est initium capi-  
tis hujus, quo sermonem de abitu redorditur Salvator: Credite,  
ait, in Deum, & in me credite. Ego enim abeo, ut vobis parem lo-  
cum. Ego vos assumam ad me, credite itaque in me, ego sum Via,  
Veritas & Vita. Ita meritum Christi, meritoria causa sit salutis  
nostræ, fides autem est causa organica apprehendens. Hanc in-  
terpretationem veteres comprobant, imo & ipsi Judæi. Namque  
ex Drusio Walæus ad hunc locum annotat, Veteres Rabbinos a-  
gnovisse, ad Patrem neminem pervenire posse, nisi per Messiam,  
Menahemi verba sunt. Non licet venire ante Regem extollendum  
& laudandum absq[ue] הַשְׁכִינָה, divinitate. Unde David, Ego in  
justitia videbo faciem tuam, b.e. in Christo, qui est justitia nostra.  
Pertinet huc etiam illa, quæ Galatinus ex Rabbi Moze Hadar-  
san allegat l. VIII. c. 2. Psalmo 85. dicitur, Veritas de terra ger-  
minabit, & justitia de cœlis respicietur. Dixit R. Joden. Hæc est  
Salus nostra, quæ de terra orietur mediante Deo, eruntq[ue] conjunc-  
ta & ambae simul (Veritas scil. & justitia) Et cur dixit, Germinabit  
se pullulabit, & non dixit nascetur? Quia animirum generatio sive  
nativitas ejus non erit similis generationi sive nativitati creatura-  
rum, quæ sunt in mundo, imo diversa & distans absq[ue] socio &  
con-

2

conjunctio. Et hic erit Salvator noster, & Iustus noster, quem  
mittet Deus. Et hoc est quod in eodem Psalmo. Etiam Deus dabit  
bonum, sive bonitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Con-  
stat autem non reperiri & non esse, qui enarrat nomen Patris ejus,  
negat illud sciat, sed hoc occultum est ab oculis vulgi, donec veniat  
ipse, & manifestum faciat illud. Hic expresse Messias Veritas ipsa  
& justitia dicitur. Inter Patres Christianos Cyrillus hic veritati di-  
scretius testimonium præbeat, quem alias pro se allegare solent  
Pontificii, truncatis verbis, & omissis quam plurimis, ex quibus  
orthodoxia Cyriilliana colligi, ejusque parermentia exculari possit.  
Ita ille ad v. 4. Cap. XIV. Comment. l. IX. (tom. IV. Oper. ed Au-  
bert. p. 765.) Δι εμοὶ γδ πάντως, καὶ δι ἑτέρων λόγων οὐτε  
ξιάγαστον διπορεύεται χαράν. & γδ ἐπερ οὐμοῖς αὐτοῖς εἰλήφεις & σαράντες,  
αὐτὸν διπορεύει ποτὲ τὸ παντελῶς διτέλες τε καὶ ἄνθες τοῖς διπο-  
τῆς χωρίον, εἰ μὴ μόνον ἐγώ καὶ δληθήσομαι &c. Per me  
utique ac non per alium illum tam admirabilem gratiam conseque-  
mini: nec enim aliis vobis calos aperiet, aut inaccessum & invi-  
um plane terrenis locum accessu facilem reddet, nisi ego solum ac ve-  
rum verbum. Ideo Prophetas Jeremias in Spiritu hanc nos maxime  
viam querere jubeat, dicens. State super vias, & videte & inter-  
rogate semitas Domini, quae à seculo, & videate qualis est via bona,  
& ambulate in ea, & invenietis purificationem animabus vestris.  
Via siquidem ac semita Domini secundum Prophetam, sunt salu-  
tates Prophetarum libri: sed si quis eis animum applicaverit, vi-  
am inveniet bonam, id est Christum, per quem & perfecta sanctifi-  
catione animabus noster inditur. Διαχρήστα γδ θεὸς τῆς τιμῆς.  
Justificamur enim per fidem, & divina consortes Naturae reddimur  
participatione Sancti Spiritus &c. Πλὴν τοῦ Φοῖν, ως δι τὸν δι  
ἑτέρων τὸ ἐκεῖστε γενέδη λάβοι, πλὴν δι εμοὶ καὶ μόνον. Scitis,  
inquit neminem per alium, quam per me unum eo ascendere un-  
quam posse. Et ad v. 5. & 6. Quia vero huic subiunxit. Nemo ve-  
nit ad Patrem nisi per me: agendum & ad illud eorum quae dici  
debent, quiddam afferamus, primum inquirentes, quomodo ad Pa-  
trem quis vadat. Εξόρμεται τοινυι καὶ σύν τρόπος. Η γδ αὐτοὶ γε-

γονότες πατέρες τὸ πέπον την αὐθεωπότητην μέτρον, ὡς ἀγίῳ Θεῷ  
κολλώμεναι ἄγοις γδὲ ἔσεσθε, Φοῖν, ὅπι ἐγώ ἀγίῳ. ἥγεν ἕπει τὴν  
τὰς πατέρους γνῶσιν τὴν ὡς εὖ πίσι καὶ θεωρίᾳ Βαδίζομεν, τῇ ὡς ἐν  
ἔσσομεν καὶ αντιγυμναῖ. πατέρα γέρεαπαι. αὐτὰ διὰ ἀντίς ἀγίῳ ἐπι-  
ποτε γῆ Διὸς πολιτείας ἥξει τῆς κατ' ἀρχὴν, μηδὲ ποδηγόντος αὐ-  
τὸν εἰς ἀπαντήτα τὰς χριστιανὰς &c. εὐδεινούς ἥξει πόσις τοῦ πατέρα, τάπει  
δέ τις θεοὶ θεοὶ πάντα τὰς χριστιανὰς, εἰ μὴ Διὸς χριστιανὰς. Εἰ μὴ γδὲ ἐμετίπεντο γενόμενοι ἄνθρωποι, εὐκαὶν εἰς τὰς πα-  
τέρας εὐλογήν της εὖ πίσι Φοῖν καὶ γνῶσιν, τῇ κατ' ἐνστέλλειν,  
διὰ αὐτῶν πάλιν ἥξει τὰς σωτῆρος ἡμῶν χριστιανὰς. Ipse itaque veritas  
est, Ipse est Vita. Nemo enim Vitam, quam speramus incorru-  
ptione nimirum & beatitudine & sanctificatione constanter nobis praes-  
ter eum restituet. Ipse enim nos suscitat, & qui mortui sumus  
propter vetus maledictum, ad id quod initio eramus, denuo revo-  
cabit. Omnia igitur nobis in ipso & per ipsum praeclaras argu-  
entia & extiterunt jam & porro extabunt. Quia vero huic subjunc-  
xit: Nemo venit ad Patrem, nisi per me, age dum & ad illud eo-  
rum, quae dici debent, quiddam afferamus, prius inquirentes,  
quomodo ad Patrem quis vadat; Duobus igitur modis ad eum per-  
venimus: Aut enim sancti effecti quantum fert natura humanae  
mediocritas, tanquam sancto Deo conglutinamur, Sancti enim eri-  
tis, quia ego sum sanctus: Aut ad Patris cognitionem, qua fide  
aut contemplatione constat, vadimus, que velut in Speculo-est &  
anigmate, sicuti scriptum est. Sed nec sanctus quis unquam fue-  
rit, nisi eum prorsus deducente Christo, nec ipsi Deo ac Patri con-  
jungetur, nisi mediante Christo &c. Nemo igitur ad Patrem venio-  
et, hoc est, divine consors fiet naturae, nisi per solum Christum. Ni-  
si enim factus homo mediatorem se preibuisse, nunquam eo felici-  
tatis proventi effemus, sed & si quis ad Patrem per contemplationem  
fidei videlicet, & piam cognitionem venerit, per ipsum uidem Ser-  
vatorem nostrum Christum veniet. Hic mentem Cyrilli videmus,  
quando se explicat, quomodo Christum dixerit viam per actionem  
virtutis per fidem & spem. Ambrosius Christum ipsum vo-  
cat

cat possibilitatem simul & fidem, & ad eum in negotio salutis &  
mnia refert, namque sic ille in libro de bono mortis c. 12. Ego sum  
Via Veritas & Vita, ingrediamur hanc viam, teneamus veritatem  
Vitam sequamur. &c. Sequimur Te Domine Iesu, sed ut sequam-  
ur, accerse, quia sine Te nullus ascendit. Tu enim Via es, Veri-  
tas & Vita, quia in Via possilitas, in Veritate fides, in Vita premio-  
rum. Erasmus in paraphrasi dixi me redire ad Patrem, ad hunc adi-  
tum solus omnibus aperio. Et quoniam ad hunc factis Deo dignis per-  
venitur, in me habetis exemplum, sum enim Via, Veritas, Vita.  
Tum autem quoniam sine fide nemo pervenit ad Patrem, ex me didi-  
cisti Veritatem. Jacobus Faber Stapulensis ad.h.l. Sine Christo, si-  
ne fide filii Dei nemo vadit ad Deum. Omnis ergo fides stulta & in-  
anis est, prater eam que filii Dei est, & qui alterius fide atque fidu-  
cia incedit, extra Viam Veritatem & Vitam incedit, & si extra Viam  
incedit, errat; si extra Veritatem, fallitur; si extra Vitam, ten-  
dit in mortem Virgo Maria que est beatarum beatissima, est ad-  
modum sancta, omnes Angeli admodum Sancti, & omnes Martyres  
sub altari Dei exuvias immortalitatis ex resurrectione expectantes  
admodum Sancti, sed neque singuli neque omnes simul, Via sunt,  
etsi sunt in termino Vie. Quod si licet eos interrogare, an per ipsos  
eundem sit ad totius sanctitudinis Patrem, dicent profecto: Nos  
non sumus Veritas & Vita. Nos non sumus Via, etsi non erravi-  
mus; non Veritas, etsi seducti non sumus; non Vita, etsi vivimus. Non  
per nos incessimus, non ex nobis perpendimus, non nos respeximus.  
Incedere ergo non per nos, sed per viam, qua incessimus. In-  
Deum credite, & in Christum quia Via est, credite. Fr. Toletus,  
Cardinalis Jesuita in Commentario ad Johann. Evang. eandem fo-  
vet sententiam, & à suis discedit. Nemo venit ad Patrem nisi per me.  
Ita se viam esse ostendit, ut simul terminum, quo vadat, exponat.  
Nemo, inquit ad Patrem venit nisi per me, nempe per fidem in me  
perfectam & vivam. Terminus igitur Pater est, quo ipse vadit,  
& quo discipuli venturi erant. Sensus ergo est: Ego sum Via, &  
non est alia Via perveniendi ad Patrem & celestem gloriam nisi per  
me; Actor. 4. Non est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in  
quo oporteat nos salvos fieri. Dum dicit per me, indicat se esse Me-  
diatorem Dei & hominum, per quem habemus reconciliationem, &

accessum ad Deum, cuius gratia & merito, & virtute justificamur & salvamur. Est ergo Via, ut homo, ad Patrem ut terminum, & Homo ad se ipsum, ut unus est cum Patre Deus. Sed & hoc loco probe obser-  
vandum est, Patres antiquissimos ex hoc ipso, quod per Christum  
lī & dicimus ad Patrem pervenire, argumentum divinitatis petivisse.  
*Patrius* Hilarius VII. de Trinit. *Cum Dominus dixisset: Nemo venit ad*  
*b. l. pro* Patrem, nisi per me, interrogatus Arius, quomodo itur ad Patrem  
per Filiū, respondet per doctrinā admonitionem, quatenus doctri-  
nas sui Iesu erudit de Patre. Sed Dominus hoc excludens ait. Si  
scitis me, & Patrem meum scitis, quasi dicat. Arius vel quicun-  
que alius anunciare de Patre potest, sed nullus est tantus, ut cogni-  
to eo cognoscatur & Pater, nisi Filius, qui est eiusdem cum Patre na-  
tura inseparabilis ab eo. Augustini & Prospere sententiam supra  
recitavimus. Theophylactus idem sentit, videturque in enarrat  
ad h. l. novam rationem addere, quare Christus Patri coequalis  
hoc ipso loco statui possit. Tu autem & hoc loco aequalē dico  
filium qui generavit, nam alio quidem loco Patrem dicit adducere  
ad se: nullus enim, inquit, potest venire ad me, nisi Pater traxerit  
eum Job. VI. Hoc autem loco dicit per se adduci ad Patrem. Igitur  
equalis est Patris ac filii potestas, nam & una operatio.

IX. Atque sic ex dicto hos Salvatoris constat, Christum abitu  
suo ad patrem nobis æternas sedes paravisse i. e. morte & passione  
sua peccata nostra expiavisse, atque introitu ad gloriam patris æter-  
nam salutem nobis acquisivisse, idque quia Via, Veritas, Vita,  
i. e. Homo Deus & redemptor noster est. Idipsum amplius contra  
hæreticorum turbam asserteremus, contraque per versiones ipso-  
rum bono cum DEO stabiliemus, ac ostendemus, neminem absque  
vera in Jesum Christum fide æternæ salutis posse fieri participem.

## CAP. II.

Sententia Verborum Christi asseritur contra Judæos  
& Judaizantes, Photinianos, &c. Naturalistas, Pela-  
gianos, Pontificios, Arminianos aliosque hæreticos.

### I.

Isto Salvatoris dicto qui redarguntur, præ ceteris dicimus esse  
Iudæos; error namque Judaicus communis etiam ad Apostolos  
per-

pervaserat, quare illo discipulos suos ut extricaret, salutare hocce  
monitum ac dogma illis inculcavit. Credite in me &c. Ego Vado ad  
Patrem. Ego sum Via, Veritas, Vita, nemo potest pervenire ad pa-  
trem nisi per me. Messiam venturum nemo nesciebat, at mentis Error  
acies caligabat, atque sua pluribus imponebat persuasio quo mi- ludeo-  
nus in meditationem officii ejus atque ad estimandum beneficium rum an-  
spiritualis redēctionis, qua æternum futuri liberi, altius penetra- tique-  
rent. Ut paucis dīcam, sentiebant ita fere omnes, Messiam dem- rum,  
pturum sibi jugum servitutis temporalis, quod ægre admodum fe-  
rebant, atque sic regnum ejus terrenum fore; servitii autem ejus  
infelicitatem, cujus causa Diabolo & perpetuis Ebrei flammis ad-  
dicti sunt peccatores, ponderabat nemo: Omnis in ceremoniis  
ponebatur religio, atque externo apparatu cultus Dei omnis fini-  
ebatur. Messiam dicere pro peccatis humani generis moriturum,  
piaculum & grande nefas habebatur, libertatem namque, opes ac  
imperium sibi ab illo promittebant. Sic & ipse Salvator noster pi-  
acularis pro peccatis nostris victima siebat, cum regnum suum non  
esse de terra, seque diceret ipsa ex humilitate ac à morte triumpha-  
turum. Quid autem discipuli istos inter communes errores posi-  
ti? Lateri Salvatoris illi adhærebant, ipsiusque ab ore pendentes Error  
Messiam illum non hominem tantum, sed & filium Dei agnoscere discipulæ  
bant, id tamen ex vulgi quoque opinione trahebant, atque ita se- formum.  
cum statuebant, ignominiosa morte illum perire haud posse. Ita  
luctabatur cum scientia error, ut partim scirent, dum Salvato-  
rem audiebant, partim etiam non recordarentur, quid sibi ac ani-  
mæ suæ morte ac resurrectione sua Salvator aliquando præstiu-  
rus esset, unde illa scire, quæ ipsi se nescire fatebantur, hoc ipso  
XIV. Cap. Joh. Salvator ait. Error hic discipulorum tot alias ex  
locis patet, quot fere Salvator illos redarguit. Cum enim de Pas-  
sione, Morte & Resurrectione sua edoceret ille discipulos, Petrus  
senior inter illos adire Salvatorem, atque uti desisteret à proposito,  
quædam sedulo: (Matth. XVI. 22.) Quare & Salvator illum ut car-  
nalia sectantem acriter increpuit: Sic & litigabant de primatu in  
regno illo, cui deberetur, non admittentes ad animum, quod pre-  
xime Salvator illis de Passione & morte sua prædixerat, atque  
tunc Salvator proposito pueruli exemplo serio ad modestiam illos re-

2

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rostdok/ppn791021068/phys\\_0027](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn791021068/phys_0027)

revocavit atq; castigavit, *Marc. IX. v. 32. Matth. XVIII. Luc. IX.* postquam autem victima pro peccatis nostris factus etat patientissimus Salvator noster, ac in tumulum etiam illatus, vah quæ tunc animos eorum formido atque etiam gravis concussit dubitatio, quippe spem omnem decollavisse putabant, non intelligentes Scripturam ut Johannes cap. **XX. 9.** prodit. *Sperabamus*, ajebant, fore ut populum liberaret ille suum, *tertia lux jam advenit*, quando ille mortuus est. *Luc. XXIV. 19.* Quare & Salvator, cum sese iterum videndura præbuisset, postquam à mortuis resurrexerat, insimul illos acriter ob incredulitatem objurgavit, *Marc. XVI. v. 14. Luc. XXIV. 25.* Ultimum etiam quælibet ex Salvatore, an tandem aliquando XII. tribus Israelis sit restituturus, *Actor. I. v. 9.* Ubi tunc ille Spiritum S. illis promisit, atque Evangelii prædicationem eorum curæ demandavit. Ita demum post resurrectionem Salvatoris dubium omnem, & effuso largiter Spiritus S. lumine omnis ignorantia nebulosa in mente discipulorum dissipauit At vero in reliquo populo Judaico crassissima errorum nox incumbebat adhuc, quam cum disspellit ipsa illa haud pateretur incredulitas, Messiam etiam suum moriendo vitam reparavisse non agnoscebant, sibi ipsis tempora lilia sceptra & seculi hujus gaudia ab alio adhuc pollicentes. Hæc judaici erroris semina cum quidam Christianum nomen mentiti in Ecclesia Christi sparassent, omnes inde hæresium zizaniae prognosci ceperunt. Prima namque hæresis in Ecclesia judæorum & judaizantium Pseudoapostolorum fuit, Ebionis scilicet Cerinthi & sociennorum, quorum magisterio usi post Nazarei qui dicuntur, à vere credentibus discessionem fecere, & Christum merum hominem ajentes, neque virtutem mortis ejus agnoverunt; & quia hanc non agnoverunt, veræ quoque fidei non potuerunt non esse expertes, legali aliqua justitia, quam tamen nec præstare poterant, confisi, atque à Salvatore terrena tandem aliquando gaudia ad ipsam seculi consummationem exspectantes. Ex hoc Pseudoapostolicæ doctrinæ venenato fonte biberunt ferè omnes, qui posterioribus seculis virus pestiferæ doctrinæ in Ecclesiam diffundere Sathanæ auctore moliti sunt. Possem hisce ex historia fidem facere facile, si tempus atque instituti nostri ratio id ipsum permitteret. Quare nostri temporis hæreticos, & errores aliquot occasione dis-  
eti

2

cul hujs hie confutandos sumam; notaboque hæreticos, qui in  
hanc salvificæ fidei acropoli aut aperto impetu aut per cunicu-  
los invasere, dum Jesum Christum, Viam, Veritatem, Vitam, non  
agnoverunt, ipsum illum esse, per quem solum ad Patrem perve-  
nire possumus. Judæi nostri ævi incredulitatem patriam mordicus  
adhuc tueruntur, & Messiam aliquem hominem vane exspectant, per indeo-  
quem seculi hujs gaudiis aliquando beentur, sedam autem illam <sup>rum</sup> Error  
corruptionem non cogitant, in quam per peccatum primi nostrino-  
Parentes nosque eorum posteri incidimus, manentque sic in pecca- rum de  
tis, quia per Messiam Dominum ac Deum pro illis satisfieri posse, a expo-  
nec fatentur, multo minus credunt. Quæ itaque Messiae existima mirur  
tio, quod desiderium spirituale apud istiusmodi homines esse pos & com-  
fit, quivis facile intelligit. Nec mirum, quia cœci illorum Magi futa-  
stri Talmudici in Gemara Sanhedrim c. Chel. de Messia plus <sup>rum</sup>  
nugantur quam docent, quin & Mosen Messia suo præferunt.  
Quid quod dudum nobis ostendit Vir in judaicis scriptis non parum  
versatus Antonius Hulsius part. I. Theol. judaic. l. i. inter articulos  
fidei Judaicæ Messiaæ adventum vix amplius consumerari: Ita ex-  
nim docet R. Joseph Albo in libro jkkarim de fundamentis fidei.  
**Tria esse ikkarim seu fundamenta fidei,** (fidei articulos nos voca-  
mus) 1. Dei existentiam, 2. Legem de Cælo, 3. Mercedem & pénam,  
carpitque Maimonidem, quod is adventum Messiaæ inter fidei arti-  
culos computarat. Quin & olim Hillel ita statuit, jam venisse  
Messiam Ezechiæ tempore, ut est in Talmude: & posse ita sentiri,  
Messiam forte venisse, sed promissa haud præstare potuisse ob pec-  
cata hominum R. Albo docuit, ut ostendit l. c. Hulsius. Ergo si  
qui sunt, qui Messiam venturū hodie adhuc docent, illi non alia de  
causa cum exspectant & desiderant, nisi ut corporalis bonorum  
operum merces per illum amplior ac illustrior reddatur, atque  
hanc ob rem articulum de Messia ramum vocant propululantem  
ex radice tertia, i. e. articulo de mercede bonorum operum. Qua-  
re & causam moræ nimiræ Messia in hoc collocant, quod cum o-  
pera judæorum nondum sint perfecta, nec merces eorum à Messia  
afferri possit, ut ita ille moras necesse cogatur. Quæris autem quæ  
merces illa sit, quām Messias sit allaturus? nil nisi carnale sapient  
judæi. Hic enim resuscitatum illum justos aliquot, & morbos

D

cor.

corporis depulsorum, annos vitæ eorum multiplicaturum, tem-  
plum ædificaturum, Regnum Israelitarum in Monarchiam orbis  
ejecturum, vindicaturum gentes sibi inimicas, fertilitatis item,  
gaudiorum nuptialium, conviviorum, & nullius non gratæ at-  
que acceptæ rei auctorem fore, Gogum & Magogum adhæc de-  
bellaturum, per Eliam informaturum judæos, donum Prophetie  
restituturum, magnum aliquid convivium post secundam resurre-  
ctionem instrukturum, & suos vino & dapibus exhilaraturum, quia  
non mundi consummationem, sed renovationem quandam exspe-  
ctant, atque ita hisce terræ finibus circumscriptam gloriam. Te-  
stimonia ex Rabinis hauc in rem vide Hulsius l. f. c. quædam  
etiam apud Hornbeckium contra judæos. 3. c. 2. aliosque qui con-  
tra judæos veritatem Religionis Christianæ asseruerunt. Tan-  
tum autem abest, ut Messiam fateantur esse Deum, ut potius Mes-  
siam, qui Deus sit, procul à se esse jubeant. Accepi, judæum ali-  
quem honesti inter suos nominis & multo rerum usu peritum, cum  
vidisset Theologos maximam operam in docendo cœtu suo pone-  
re; idque frustra, adiisse Doctorem magni tunc nominis & præ ceteris  
occupatum, interque alia successu illum cariturum hoc ipso demon-  
strate voluisse: *Dicitis Christiani Messiam Deum. Nos negamus.*  
*Atque sic quidem pernegamus, ut, si veniret aliquando Messias noster,*  
*seque Deum profiteretur, nos illum omnino non simus amplexuri.* Ad  
quæ verba Theologus ille nunc beatus, qui mihi ipse retulit, toto  
animo cohorruit, & pervicaciam judaicam extremam notabilis ex-  
emplo isto cognovit ac deploravit. Maimonides ad Gemaram San-  
hedrim Cap. Cheleck judæis suis præcipit, ut si quem videant, qui  
se Messiam profiteatur, haud præliari prælia Domini, & mori illum,  
nec debellare hostes, continuo deserant illum ac destituant. At-  
que hæc altius repeteret & fusius edisserere operæ visum fuit, ut So-  
cinianorum, Anabaptistarum, Chiliaistarum novorum, & eorum  
qui suo merito confidunt, pestiferi errores ex judaicæ incredulitatis  
fonte fluxisse cernantur. Erroribus autem hisce de Persona ac of-  
ficio Messiae Salvator hæc sua monita ac dogmata apponit. *Credi-*  
*te, ait, in me. Ego uado vobis locum paraturus. Ego sum Via, Veri-*  
*tas, Vita, nemini absque me ad Patrem pervenire datur. Credet-*  
*re nos jubet in se, ut per illum veniamus, non jubet operari, ut mer-*  
*cede*

„cede potiamur. Non promittit nobis gaudia in terra, sed man-  
„sionem in cœlo apud Patrem, Viam monstrat, se ipsum scilicet,  
„virtutem dat ingrediendi, quia ipse Veritas est & Vita. Quoniam autem ex hoc loco refutari non possunt judæi, quippe qui Sal-  
vatoris sui verba non audiunt, paucis ex V. T. probabimus, quod Christus sit Via, Veritas, & Vita, per quem ad Patrem veniamus.  
Quod autem non nostra sed Jesu Christi justitia perveniamus, inter alia docet clarissime textus ille Jeremiæ XXIII. v. 5. 6. ubi Christus vocatur יהוה צדך Jehova Justitia nostra, quod ita explicat Esaias LIII. 11. Justificabit justus servus meus multos & (quia) iniquitates eorum tulit. Quomodo autem justificemur per Messiam, de eo confessiones quædam Judæorum extant. Collegit aliquas in Consensu Antiq. Judaicæ cum explicatione Christianorum ad Jerem. 23. 5. 6. Vir in scriptis Judaicis versatissimus Esdras Edzardi, & primas paginas edidit, quibus ut sequentes quoque addat, optandum est. Sic Via ipsa Salvator noster i. e. Mediator est, qui nos ad Deum adduxit. Via autem nobis factus est, quatenus ad Patrem abiit pro nobis. Abiit autem per mortem, ita morte & passione sua nobis meruit. Hanc satisfactionem hoc meritum Redemptoris nostri, quod fide amplectendum est, inculcat Propheta Esaias totò cap. LII. LIII. Itevisus fuit percussus & deformatus, ut multi obstupescerent: Contemptissimus & abjectissimus virorum fuit, vir languorum & dolorum &c. Vere ille dolores nostros tulit, & languores nostros portavit, & ille vulneratus est propter transgressiones pacis nostræ super ipsum (in pacem nostram ita tractatus est) & ejus ligaturis (vulnerationibus) nos sanamur. Omnes nos ut oves errabamus, unusquisque in Via sua respexit (via errabat sua) & Deus imposuit ipsi, (ad ipsum tulit, ipsi occurrere fecit) iniquitatem nostrorum omnium. Hic Via primum erroneæ expressa fit Christus nobis recta Via factus iterum fit, quia tulit ille peccata nostra, quæ conicerat in illum Deus. Sic Targum Jonathanis explicat. Omnes nos ut Oves dispersi sumus, quiique in viam suam deportati sumus. In Deo autem fuit voluntas condonandi peccata omnium nostrorum propter ipsum. R. Alschech in Esaiam (apud Huls.

pag. 33r.) ubi pluribus deploraverat infelicitatem nostram, dum  
omnes & quisque sibi aberramus à recta via, subiinit: *Apro-*  
*cite autem hic benignitatem Dei, nam quia omnes separatum errao-*  
*mus, plagas etiam separatum infligere posset unicuique suas, pro ue-*  
*niuitas cuiusque separata est, & quories peccat, toties etiam no-*  
*vum accusatorem sibi acquirit in se ad castigandum in currentem.*  
*Deus tamen ejus rationem sic non habet, quippe omnes nos velut u-*  
*nus virum, & omnium nostrum iniquitates velut unam simul com-*  
*pletebitur, eamque incurrire facit in justum illum. Et hoc est*  
*quod dicitur: Facit, ut incurrat. Pergit Propheta. Affigitur & coan-*  
*gustatur, & non aperuit os suum, sicut pecus, quod ad matationem*  
*ducitur, & ovia coram tonsore suo obmutescit, neque aperit os suum*  
*v. 8. Et terra viventium excinditur, propter defunctionem populi mei*  
*ipsi plaga &c. Etiam quia peccatum non fecit, & non est dolus in ore*  
*eius. Et Domino placuit cum conterere & plagiis afficere, quia ubi*  
*piaculum posuit animam, (pro expiandis peccatis) videbit semen,*  
*dies prolongabit, & beneplacitum Domini per ipsum prosperabitur.*  
*(simplebitur per iplum in nostram salutem) &c. Cognitione sui ju-*  
*stificabit servus meus multos, & iniquitates ipsorum tulit &c. Peccato-*  
*ribus annumeratus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro*  
*peccatoribus oravit. Huc pertinet Hof. XIII. 14. Amanu, i.e.*  
*potestate inferni redimam eos, & à morte salvabo eos (דָנֵן ut*  
*Goel, consanguineus, vindex) Ero pestis tua o Mors, ero interi-*  
*tus tuus, inferne. Daniel. IX. 24. ubi de adventu Messiae sermo est,*  
*pomittitur *Abolitio transgressionis, & peccatorum ob-signatio, & exo-*  
**piatio iniquitatis, & Justitia eterna restitutio.* Imprimis hic proto-*  
*evangelium de contritione capitis serpentini (i.e. diabolice po-*  
*testatis, quam habebat diabolus per peccata nostra in nos) & ad-*  
*mōtione calcanei vide Genes. III. 15. Zachariam i-*  
*tem cap. IX. ii. de emissione vindorum per sanguinem fæderis. Ad-*  
*de de exianitione Messiae Zacha. IX. 9. Hof. I. v. 7. Zach. XII. 10.*  
*Psalm. XXII. Deque Regno Messiae Spirituali Zach. IX. v. 10.*  
*Jes. XI. 4. Quæ omnia dicti Salvatoris nostri veritatem probant.*  
*Possent alia afferri de divinitate Filii Dei Messiae ex V.T. quod-*  
*que ipse sit Veritas & Vita ipsa, sitque etiam vita & veritatis no-*  
*bis causa; cum autem quos confutemus ipsis dicti verbis habeamus*  
*plus**

plures, annotabimus tantum loca palmaria de Messia Homine  
Deo in V. T. ostendo. Psalm. CX. Zach. XIII. 7. Exod. XXIII. Ma-  
lach. III. init. Genes. III. 15. (confer. Genes. IV. 1.) II. Sam. VII.  
12. (confer I. Paral. XVII. 11. Psalm. LXXXIX. ) Es. VI. IX.

II. Judæos æmulantur Sociniāni. Quamvis enim Messiam <sup>Contra</sup> venisse una nobilicūm confiteantur, viam tamen ipsum morte sua <sup>Socini-</sup> nobis initialle, & sanguinem in arā crucis pro nobis obtulisse, at <sup>b. 6.</sup> que ita satisfecisse, negant atque pernegant. In multis itaque idem  
cum Judæis sentientes Salvatorem Doctoris loco habent, Viam  
que ipsum non alia ratione esse dicunt, quam quod viam Salutis no-  
bis annunciarerit. Citavimus hanc in rem superius commentato-  
res ipsorum in h. l., quibus addi potest dissertatio Socini P. I. de  
Christo Servatore c. II. Quod si urgentur claris dictis scripturæ,  
quibus meritum mortis ejus monstratur, in morte ajunt exemplum  
illum reliquisse, & Viam resurrectione sua patet fecisse ad cœlos, at-  
que sicut antea viam esse, quia præcessit. Vide Socinum P. I. de C.  
§. c. IV. V. Sic & contemptim de Christo loquuntur, quemadmo-  
dum Judæi de Messia. Ita Socinus prælect. Theolog. c. LXIX. De  
Christi Persona privatim videndum est, atque ostendendum, ipsum  
nihil singulare nec in se habuisse, nec fecisse, nec passum esse, ex quo  
intelligi possit, eum satisfactionem istam vel peregrinisse, vel peragere  
ulla ratione potuisse. Horrenda ejusdem verba hæc quoque sunt  
P. III. de C. S. c. VI. Etiam si non semel, sed saepè in sacris monumentis  
scriptum extaret, Christum pro peccatis nostris divina Justitia satis-  
fecisse, non ideo tamen rem ita prorsus se habere crederem. Catech.  
Racov. c. LXIX. mort. Ch. q. 12. Christum morte sua nobis salutem meru-  
isse, & pro peccatis nostris plenarie satisfecisse, sententia fallax est,  
erronea & admodum perniciosa. Si objicias scripturæ loca, quibus  
Christus victimæ dicitur factus pro peccatis nostris; Respondent:  
Oblationem in cœlo factam per ingressum in cœlos, atque expiati-  
onem ita partem regii officii faciunt, neque dissentuntur. Quare si  
de expiatione peccatorum nostrorum illis sermonem esse videas,  
eave de morte in cruce intelligas. Sic enim Slichtingius ad Hebr.  
IX. f. 135. ad verba illa; Æternam redemtionem Christus invenit.  
Invenit, quatenus omnium hominum in se credentium, qui & olim  
vixerunt, & nunc vivunt, & ad mundi usque finem pietari sunt, o-  
mnia

D 3

2t

DFG

mnia peccata, non preterita tantum sed & futura penitus expiavit, sicut ista expiatio ad quaevis & tempora & peccata pertineat, dummodo quis ad Christum quoque vere pertineat. Mox autem subinficit: verbum autem ἐνέγκεντος τε εὐρέγκεντος non notat actionem, que ingressum Christi in Sancta antecesserit (i. e. ascensionem ad Cœlos) quasi prius Christus redemptionem invenerit. (i. e. morte crucis) Si porro quæras, quænam ergo oblatio Christi in cœlis? Respondent Slichtingius, ad c. IX. v. 14. Oblatione Christi, ut & alibi iam diximus, & infra dicemus, iphus de salute nostra singularis atque unica in cœlis cura continetur &c. Quis ergo morte Christi Deo Patri reconciliati sumus? Ita respondent Catechetæ Racovienses c. VII. de Morte Christi, quest. 31. Nusquam Scriptura asserit, Deum nobis à Christo reconciliatum, verum id tantum, quod nos per Christum aut mortem ejus sumus reconciliati, dum Christus nobis viam ostendit, quomodo nos ad Deum converti atque ad eum modum ei reconciliari oporteat. Idem de Christo Mohammedani quoque confiteantur. An ergo per Christum perque ejus meritum pervenitur ad Patrem? Minime; sed per Obedienciam pervenitur; Justificationem namque in hominis viribus & effectu ponunt. Ita Slichtingius ad Hebr. c. IX. pag. 157. Purgatio Conscientia nostra Christi sanguine parta ita intelligenda est, ut effectu ipso a nostro vicissim pendeat officio, i. e. eam effectu ipsotum incipere, cum & a nobis initium sit fidei & obediencie &c. Nisi enim ex nostro vicissim penderet officio ipse expiationis effectus & complementum, neque ex nostra expiatione continuo manaret nostrum officium sive divino servitio addicta voluntas. Ergo ad voluntatem nostram omnia tandem referuntur, concludit enim, omnia bona opera pro victimis quibusdam & oblationibus Deo gratis censeri. At quanta minime haec cum effato Salvatoris nostri, cumque tot Scripturæ sacræ dictis concordant! Christus hinc se abire ad Patrem nostri causa dicit: Abiit autem i. e. mortuus est, atque hinc se Viām vocat. Ita abiit Agnus ille apopompæus, & peccata nostra portavit, agnus ille tolens, peccata mundi Joh. I. 29. confer El. LIII. (1) Morte itaque sua est quoq; Salvator, atque illa ipsa mors meritoria causa salutis, quippe nos reconciliavit in corpore carnis sua per mortem Col. I. 22. Via factus est nobis ingrediendo in Sanguinum Sanctorum suo iphus sanguis,

ne

ne, ut nobis acquireret redēptionem aēternā, atque hinc propriū sacerdos. Vid Hebr. c. IX. X. (2) Nostri caula ille abiit, nobis ut pararet aēternam mansionem, mortem non suo sed nostro bono per̄p̄sus, ipse enim erat innocens Es. LIII. 9. I. Petr. II. 22, ita loco nostri mortem torque cruciatus per̄p̄sus est: Id vocabulum ἀντί locis infra citatis innuit; Unus mortuus est pro omnibus 2. Corinth. V. 15. Justus pro iūstis I. Petr. III. 18. 11. 21 Rom. V. 25. propter nos Psalm. LXIX. 60. 2. Corinth. V. 21. peccatum factus, ut nos essemus iūstitia, ita morte & passione sua pro nobis satisfecit. Via (3) ut λύτρων nobis est, λύτρον enim illud morte persoluit, Matth. XX. 28. Marc. X. 45. ubi Christus dicitur animam dedisse λύτρον ἀντὶ πολλῶν I. Timoth. II. 6. scipsum ἀντίλυτρον pro omnibus. Ad Ephes. I. 7. nos in Christo habere απολύτρωσιν per sangui- nem ipsius, remissionem scilicet peccatorum, secundum divitem gratiam ejus Confer ad Rom. III. 24. Ebr. IX. 12. Eliae LIII. Ergo meritum ipsum patet, quia in morte lytrum persolu- tum est, atque sic satisfactum. Et quis dubitet abisse, ut merere- tur nobis? cum (4) illo ipso lytro persoluto nos sibi emerit, atque sic vere redemerit à peccatis, morte & potestate Diaboli. Vide hic ad Gal. III. 13. I. Petr. I. 18. Apoc. V. 9. I. Corinth. VI. 20. VII. 23. Gal. IV. 5. 2. Petr. II. I. Apoc. XIV. 3. (5) Via hoc pa-  
hic redemptor nobis est, ut ιλασμός τεχνία μαρτιών I. Joh. II. 2. & ιλασμένον εν ἀμαρτίαι Rom. III. 25. vide & Hebr. II. 17. Sicque reconciliavit nos Pater suo cælesti & inimicos reddidit acceptos Rom. V. 10. Confer Coloss. I. 20. 2. Corinth. V. 19. atque sic meritoria salutis causa nobis abitus ejus fuit, nobis autem id incumbit, si salvi esse velimus, ut fide meritum illud apprehendamus. Fides ergo ex parte nostri requiritur ut organon, quo apprehendamus. Ju- stificat autem Deus & salvat nos, dum imputat nobis Christi me- ritum, ita sit Christus nostra iūstitia, Jerem. XXIII. 6. I. Corinth. I. 30. II. Corinth. V. 21. Absit autem, ut dicamus, nostra opera & obœdientiam medium illud esse, quo ad Patrem perveniamus, justificamur enim non obœdientia nostra, sed aliena nempe Christi. Rom. V. 18. justificamur ex gratia perfidem, non ex operibus, Eph. II. 8. Rom. XI. 6. Fide absque operibus Rom. III. 28. Fide, non-  
operi-

2

2

operibus Gal. II, 16. Non ex operibus justis quæ ipsi fecerimus sed secundum gratiam ad Tit. III, 5.

III Post Socinianos hic confutandi veniunt Naturalistæ.

Contraor hic antiquus & cum ipsa impietate ortus est, extinctus feres salutari Evangelii doctrina post Christi ascensionem in omnes terras diffusa, nunc autem pro dolor! extrema hac senecta mundi revisus ex vifcensi iterum salvificæque veritati minitans. Naturalistarum denominatio ex ipsa Scriptura peti potest, ubi Apostolus I. Corinthus. II, 14. Ψυχὴν ἀνθρώπον describit, quod scilicet ea non

percipiat, quæ Spiritus Dei sunt, ita ut eapro absurdia habeat, ne que percipere queat. Interpretes hic sermonem ajunt esse de hominibus rationis usu præditis, quique res humanas alias optimæ di-  
judicare valeant; vocanturque alias hi ipsi & similes horum χοικοί,

De Na-Σατηνικοί, item κοσμικοί, Terreni, Carnales, Mundani. Est suralis autem Naturalismus, si recte rem putare velimus, triplex, Atheisti-  
mo A-cus scilicet, Gentilis, & Hæreticus. Naturalismus Atheisticus  
sheisti.

Deum creatorem negat, inficiaturque substantiam, quæ sit supra naturam mundi. Huic opinioni addicti Naturam eorum, quæ sunt, vivunt, & moventur, pro Deo habent, Deum autem ipsum in quo sumus, vivimus & movemur, non agnoscunt; unde & æternitas mundi inter prima illorum dogmata est. Subtilis hic Atheismus inter Arabes, quo tempore rerum potiebantur, & Philosophia studium apud illos quam maxime florebat, in schola Loquen-  
tum ut vocantur, i. e. Dialecticorum, tam altas radices egerat, ut ad hunc usque diem inter Turcas Muserini qui vocantur, illimaneant addicti, quorum secta ex Cadis (i. e. legis peritis) literatis-  
que viris maximam partem constat, ut retulit nuper nobis Ricaeu-  
tius diligentissimus scriptor. Hæc eadem Atheismi pestis affla-  
verat quondam Italæ scholas, ut dissipari vix amplius posset, &  
habemus ejusce rei testes libros non paucos, titulo quamvis ad-  
verso, impietatem docentes. Vaninus ejusdem Naturalismi magi-  
ster fuit illo ipso libro de æterna providentia, quem laudarunt in Gallia incauti censores, combustus tandem, cum dialogis men-  
tem suam denudavisset. Contra hunc Naturalismum ex textu hoc  
nostro disputare non possumus, idcirco alia occasione, si volet De-  
us

us plura afferemus. Post Naturalismum Atheisticum alter ille censendus est, quem Gentilem cognominavimus; possit e-  
tiam Philosophicus dici; Huic addicti Deum unum esse conce-  
dunt, idque tantum probant, quod ex lumine Naturae constat. <sup>De Na-</sup>  
<sup>tura-</sup>  
<sup>lismo</sup>  
<sup>Genti-</sup>  
de honestate, sectanda, fugiendaque morum turpitudine; <sup>Alli-</sup>  
revelatam doctrinam de Messia & Salvatore mundi, per quem  
ad Deum Patrem nostrum in cœlis veniamus, susque deque ha-  
bent, neque desiderant gratia lumine perfundi. Istiusmodi Na-  
turalistæ Gentilium Philosophi fuerunt, qui unum Deum agno-  
scentes, secundum jus naturæ vivendum esse docuerunt. Tales &  
hodie pro dolor inter Christianos aliqui sunt, perpetuo illud in  
ore habentes: Secundum Naturam vivere est optime vivere. Hunc  
Naturalismum libro de Religione Gentilium, & altero de Vcri-  
tate cum annexis propugnavit Edoardus Baro Herbert de Cherbu-  
ry, amplissimis in Anglia muneribus functus. Is religionem hanc  
suam Naturalem, quam revelata fidei longe præfert, revocat ad  
v. capp. Primum est. *Esse Supremum aliquid Numen.* II. Su-  
prenum istud Numen coli debere. III. Virtutem cum pietate con-  
junctam, (que sit proba facultatum conformitas) præcipuam par-  
zem cultus divini esse. IV. Vitia & sceleris quacunq; expiari debere  
ex penitentia. V. *Esse premium & pœnam post hanc vitam.* Eun-  
dem fovit & docuit Naturalismum Thomas Campanella libro  
quem prius Atheismum triumphantem, post autem triumpha-  
tum inscripsit, quo se Atheismi hostem quidem simulat, at vin-  
dicem Naturalismi non obscure præstat. Et videri quidem ille pri-  
autem in revelata doctrina multum desideret, atque idolatri-  
am excuset, unamque Religionem Naturalem esse peroret p. 151,  
158, 217, merito illi in gentilium classe una cum discipulo suo  
Herberto locum facimus. Expressa namque hæc Campanellæ  
asserta sunt: *Naturalis est homini inclinatio in justitia & in reli-*  
*gione vivere, ut omnis schola & ratio profiteatur. Dissident circa*  
*supernaturales & positivas leges & ritus in religione (p. 98.) Mun-*  
*dus habet unam naturalem legem &c. Leges naturales sunt speci-*  
*ficationes prima legis naturalis. Earum ergo varietas non consti-*  
*tuit gentes irrationales, nego alienas à Christo in quacunq; natione*

(169) Christus ante incarnationem salvavit omnes homines lumen  
ni naturae non rebelles p. 122. 144. 151. Gentes absq; Christo vi-  
ventes Christiane tamen sunt. Cuius Campanella alterum quoq;  
ejus discipulum merito hic atro carbone notatus. Is est Fran-  
ciscus Puccius Filidinus, qui libro de Efficacia mortis Christi  
aperte quoque Naturalismum defendere molitus est, afferuitque  
Christianam fidem ad eternam salutem non esse necessariam; suffice-  
re ad eternam salutem fidem naturalem, que anter rationis abusum  
omnibus & singulis ineſt. Eam esse justificam & salvificam. Ba-  
ptismum ad Salutem non esse necessarium, nec ullum aliud Sacramen-  
tum; atque veram ita Salutem extra Ecclesiam quoque reperiri.  
Hac ipsissima Puccii verba sunt, ex diversis paginis libri ejus in u-  
num congesta. Romæ tandem hic in rogo perii, ut Micælius  
refert Hist. Eccl. p. 678. Liber autem ejus ab Osiandro Theol.  
Tubing, & à Serario Jesuita refutatus est. Sed & referendi ad hanc  
Naturalistarum classem Novi Prophetæ, quorum scripta B. Hun-  
nius confutavit libro Germanico, cui titulus est Aufzählicher Be-  
richt von den neuen Propheten (die sich erleuchtete Gottesgelährte und  
Theosophos nennen) Religion/ Lehr und Glauben. Docenti pos-  
se absq; cognitione Christi Judæos, Turcas & Gentiles optime salvari.  
(Vide verba eorum refutata apud Hunnius l. s. c. p. 213.) statu-  
unq;, unam esse universalem Religionem communem omnibus popu-  
lis v. pag. 258. Tales etiam Gnosimachi veteres fuerunt, de qui-  
busita Nicetas Thei. Orthod. Fidei l. iv. c. 39. Gnosimachi curvis  
Christianismi cognitioni & Scientiae resistunt, illosq; fruſtra laborare  
afferunt, qui sacris in scripturis scientiam ullam aut cognitionem  
investigant, cum præsertim à Christians Deus propter bona opera  
nihil requirat, ut sit satius, si quis simplicius ambulet, nec curiosus  
quicquam perscrutetur. Sed & nostra ætas tulit tale monstrum, ho-  
minem aut ex Judæo gentilem, aut Socinianum, qui Naturalismū  
hunc convulta sacrarum literarum autoritate stabilire annis est.  
Auctorenoto tractatus illius Theologico-Politicus qui anno 71.  
in Belgio prodit. Constituit hic Naturalista in S. Scripturam val-  
de injurius VII. Capita naturalis religionis suæ, dum ita cap. XIV.  
p. 163. Non jam verebor fidei universalis dogmata sive universa Scri-  
pture intenti fundamentalia enumerare, tue ex iis qua in his  
dug-

duobus capitibus ostendimus, evidentissime sequitur) omnia hoc ten-  
dere debent, nempe dari Ens Supremum, quod Justitiam & chari-  
tatem amat, cuique omnes, ut salvi sint, obedire tenentur, eumque  
eule justitia & charitate erga proximum adorare, atque hinc fa-  
cile omnia determinantur, quagz adeo nulla praeter hac sunt. **Via**  
delicet I. Doum, b. e. Ens supremum, summe justum, & misericor-  
dem, sive vera via exemplar existere; qui enim nescit vel non cre-  
dit, ipsum existere, ei obedire nequit, neque eum judicem noscere  
**II.** Eum esse unicum: Hoc enim etiam ad supremam devotionem, ad-  
mirationem, & amoremerga Deum absolute requiri nemo dubitat  
potest. Devotion namque admiratio, & amor, ex sola excellentia  
unius suprateliquos orientur. **III.** Eum ubique esse praesentem, vel  
omnia ipsi patere: si res ipsum latere crederentur, vel ipsum omnia  
videre ignoraretur, de aquitate ejus justitiae, que omnia dirigit du-  
bitaretur, vel ipsa ignoraretur. **IV.** Ipsum in omnia supremum  
habere jus & dominium, nec aliquid jure coactum, sed ex absolute  
benepacito & singulari gratia facere: omnes enim ipsi absoluo-  
re obediunt, ipse autem nemini. **V.** Cultum Dei, ejusque  
obedientiam in sola justitia & charitate, sive amore erga proximum  
consistere. **VI.** Omnes qui haec vivendi ratione Deo obediunt, salvos  
tantum esse, reliquos autem qui sub imperio voluptatum vivunt, per-  
ditos: Si homines hoc firmiter non crederent, nihil causa esset, cur  
Deo potius quam voluptatibus obtemperare mallerent. **VII.** Denique  
Deum penitentibus peccata condonare. Naturalismi hujus species  
plures & differentias recenserem, si & dicto nostro se expugnari  
hi Naturalista patarentur, quare & haec alibi bono cum Deo  
persequar uberioris. Id tantum monere vilum fuit, Naturalismum  
hunc gentilem ex Naturalismi Atheistici feminibas prognasci,  
ceu liquet hoc ex disputationibus Naturalistarum horum de In-  
tellectu agente deq; statu animæ post mortem; esse præterea eun-  
dem hunc Philosophicum Naturalismum Parentem ejus, quem  
haereticum vocamus, atq; modo descriptū damus. Est autem (III) <sup>De Na-</sup>  
Naturalismus haereticus (qui maxime verbis hisce Salvatoris con- <sup>turas</sup>  
futatur) non unius speciei: Sunt enim, qui statuunt, lumine <sup>Na</sup> <sup>lismo</sup>  
tura simpliciter hominem salvari posse, si ductum e jux sequatur, <sup>haereti-</sup>  
alii sub conditione id assertunt, si revelata doctrina ad illos non  
potue-

potuerit pertingere, distinguunt etiam Veteris & Novi Testamensi  
ti tempora, & sub Veteri quidem omnes secundum Naturam vi-  
ventes æternæ salutis hæredes proclamant; aliter post autem natum  
Christi rem sese habere. Omnia horum, et si variis opinionibus &  
rationibus ipsi dissentiant inter se, opinio atque sententia est, salu-  
tem quoque contingere alicui posse absque prædicatione verbi &  
fidei in Christum; Id quod disertis verbis hic Salvator negat. Te-  
xam nunc paucis Catalogum Naturalistarum horum, ut ex sociis  
noscantur, si qui hodie hunc Naturalismum clanculum fovent.  
Philaster C. LXI. Hæreticos, ait, nonnullos profiteri, Deum tria  
tempora distinxisse Paganismi, Judaismi & Christianismi; unde se-  
quatur fide qua Christiani hodie salvi fiunt, non opus fuisse ante  
Christum natum, contraque hos ille ex Scriptura orthodoxe satis  
disputat. Fide, ait, priores etiam sunt Christiani, quia ab Adam  
usque ad Mosen tribus annorum milibus, & septingentis omnes ju-  
sti Deum ut Deum, Dominum ut Dominum, (NB. hic mendum in  
Codd. vulgatis Deum & Deum, Dominum & Dominum, cum  
pro & legendum sit ut) coientes etiam Spiritum Sanctum veram  
nuntiabant Trinitatem, ita ut ipsam Trinitatem possis cognoscere  
ab illis beatis prioribus & antiquis nobis etiam postea fuisse mani-  
festatam a Domino. Vide longam ulterius disputationem, quam-  
vis mendis suis non cäreat. Contra eandem hæresin C. LXIII,  
porro disputat. Ubi interalia. Hæc quippe divina sententia quo-  
modo temporalis est, ut quidam estimant, & non ab origine mun-  
di hec ante sententia Christiana cunctis hominibus nunciata, que  
in mandato & lege manifestata & predicata ostenditur? Si autem  
in medio temporis sub Mose per umbram minus dictum sit aliquid,  
non utique dantis erat invidia Domini, quantum non capientis po-  
puli cœlesti mysterium incapax & debilis hominum, & non valentio  
um in cuius habitat infirmitas &c. Id hæres LXXIV. Continuat invectivā  
in eosdem & Apostoli dictum pro vera sententia allegat. Quotquot  
sine lege peccaverunt, sine lege peribunt, condemnataque verbis scri-  
pturaræ omnes Philosophos gentiles, qui in Christum non credide-  
runt, quoniam nec Deum Patrem agnoverunt, nec eum rite co-  
luerunt, & magistri impietatis populo fuerunt. Neque eadem  
definit inculcate C. LXXXIV ut & LXXXVIII. Hæresin hanc  
eān-

2

eādem mājori mox nisu propugnare dehinc eepit Pelagius, qui & ipse tria tempora distinxit, afferuitque (ut patet ex epistola I. ad Demetr. t. 3. op. Hieron. ed. Eral.) legē naturae salvatos fuisse ante Mōsen qui iusti dicuntur. Et, si Pelagiani quoq; est Præfatio Commen-  
tarii in Epistolam Pauli ad Romanos, quæ Hieronymo adscribi-  
tur (t. 9. op. p. 265) distinxit inter legem naturae, legem literæ, &  
legem Spiritus. Verba ex Ep. ad Demetr. probe sunt notanda,  
quia iisdem utitur & pugnat Episcopius. Augustinus I. 1. contra  
duas ep. Pelagii, hanc sententiam de tribus distinctis temporibus  
refutat ex Scriptura Sacra, unde liquet, eādem Pelagiū hæresin  
tuisse, quam supra ex Philastro quoque notavimus. De viribus  
liberi arbitrii quid docuerit Pelagius, constat alias, ut non opus  
sit illa hic repetere. Id tantummodo hic notabimus, ex senten-  
tia Pelagiata de viribus liberi arbitrii recte utatur. Posse autem omnes  
damnari, qui viribus liberi arbitrii recte uti, non negat, sed astruit Pelagius,  
unde hanc ei sententiam impingit Prosper. Carm. de Ingratis c. 1.

Posse autem infantes omnes virtutis in arce,

Vitam agere, & mentingenitum servare decorem,

Arbitrio quoniam subfīstā recta volenſis

Naturalis honos.

Sic & epistola synodica Concilii Carthaginensis ad Innocent.  
Pap. apud Augustinum. Iſti afferunt in eo Dei gratiam depu-  
zandam, quod talem hominis instiuit creavitq; naturam, que per  
propriam voluntatem legem Dei possit implere, sive naturaliter in  
corde conscriptam, sive in literis datam. Ex Pelagiū itaque lacu-  
nis omnis fere Naturalismus hæreticus derivatus est. Seculo VI.  
Mohammedes idem docuit, & prætor quam quod se Prophetam  
Christo superiorem mentitus est, Gentilismum Philosophicum &  
Naturalismum instauravit, unumquemque dictitans in religione  
sua salvari posse modo Naturæ convenienter vivat. Judæi quo-  
que cum ritus ceremoniales ac forenses suos exercere amplius haud  
possent, Naturalismum hunc certatim amplexi sunt. Repetenda  
hic quæ initio capit̄ diximus, quæque Seldenus habet, ubi de  
præceptis Noachidarum in genere agit initio libr. de jure Naturæ  
& Gentium secundum disciplinam Hebræorum, & præserim

Hornbekius contr. Judæos I. VI, c. 2. (p. 433.) Scholastici quatenus  
Pelagianismo affinia quidam eorum docuerunt, ab hoc Naturalis-  
mo absolviri non possunt. Inter illos Bannes in Th. 22. q. II. a. 8.  
conc. 5. ante legem salvos pronunciat, qui Dei providentiam  
confessi. De Abulense, Durando, Capreolo, Lyrano, Brunone,  
Carthusiano, Arboreo, Paludano, vid. Jac. Laurent. in Paul. Dys-  
iect. & Analecta Eccles. Montacut. Exerc. I. Colonenses Schola-  
stici olim librum ediderunt de Salute Aristotelis, cuius verustum  
exemplar ipse in manibus habui atque exscripti. Hic est liber ille,  
cujus Cornelius Agrippa mentionem facit II de Vanit. scient. C.LIV  
Alter ejusdem fere argumenti Oppenheimii prodiisse dicitur Hot-  
tingero Disp. VIII, & forsitan idem ille est, quem anonymo Ponti-  
ficio adscribit Josua Stegmannus contra Photin. disp. 3. q. 3. At  
quid de Pontificiis nostri temporis dicam? qui Naturalisticae im-  
pietatis & Pelagiani erroris non accusari tantum sed plane convi-  
ei possunt. Neque enim silenda hic impia illa Pontificiorum  
quorundam Doctorum sententia, qua statuunt, *Hominem posse*  
*fieri salvi*, etiamsi ne unicum quidem fidei articulum sciat, &  
divina fide credat, siquidem ex ignorantia invincibili defectus ille fio-  
dei oriatur: *Deum non omni tempore ac omnibus preceptum de fide*  
*proponi voluisse.* Ita salvos fieri Juvenes, quippe qui non tenean-  
tur sub primum statim rationis usum se ad Deum convertere, cum  
isto tempore terrena adhuc & communia non supernaturaia cogi-  
tent, neq; etiam supernaturaia tam cito illi proponantur. Idem  
de senibus decrepitis judicandum: Posse autem & naturalis luminis  
usu homines salvati, Fidem non esse necessariam necessitate medit,  
sed precepti tantum, i. e. tunc cum præcipitur. Posse aliquos fide hu-  
mana salvati, etiamsi falsa credant, modo credant generaliter,  
quod Ecclesia credit, et si revelatum à Deo hoc vel illud esse, non cre-  
dant. Meritoriam etiam fidem consistere possecum crassis erroribus  
contra Christi divinitatem, resurrectionem carnis &c. Meritoriam  
fidem esse, si quis falsa bono animo credat. e. g. Si Verula credat  
Deum esse &c. horre repetere blasphemiam (v. Calixt. Disp. Contr.  
Mog. Num. 122.) Testimonia & loca auctorum annotat Joh.  
Henicus Ursinus in Historico-Theologica Dissertatione de Diffe-  
rentia Religionum nostri temporis, p. V, c. I. q. 2, §. 103. 104. 105.  
& fu-

2  
se fusis hæc deducit. De Latomio alias Vossius videri potest His-  
tor. Pelag. p. 383. De Calatio aliquæ Montacutius l. s. c. De  
Gregorio Valentiano Hottingerus l. s. c. De Patribus Tridentinis  
Hutterus L. Th. p. 434. Ludovicus Vives errorum suum sat aper-  
te quoque prodidit in nōris ad L. XVIII. Aug. de C. D. c. 47. Ubi  
& Coquæ ad operam Angelorū in Gentiliū conversione confudit.  
Galeotus Martius item omnibus gentibus integre, pacate & pariter  
velut ex naturæ lege iuste viventibus eternos celestis vita fructus pa-  
ratos esse libro aliquid probare voluit, ut ex Joyo Hottingerus diffe-  
VIII. ennead. p. 173. refert. Ex novissimus Jesuitis Maldonatus ju-  
dæos lege naturæ salvari potuisse in c. XXII. Matth. & alibi docu-  
it, quem Melchior Cornarus scripto defendit. Trigautius quoque  
init. lib. de expeditione Christian. in Sinas Sinicos Philosophos &  
gentiles emnes refectioni congruerter viventes salvos pronun-  
ciavit. Postillum etiam Martinus in hist. Sinic. p. 48. Credi-  
mus quam plurimos olim in prima eva naturæ lege salutem post mor-  
tem consecutos. Talia enim iantaque sunt, quæ de illorum virtutis  
bus ac pietate sunt ab antiquis Scriptoribus prodita memoria, ut hoc  
per quam credibile efficiant. Inter Reformatos Zwinglius præsat.  
in exposit. Fid. ad Francisc. I. gentiles in cœlo collocat, interque a-  
lios & Herculem; quod cum legisset Vitus Winshemius, cachin-  
num sustulit, seque cœlum Zwinglianum horrere dixit, cum me-  
tuendum ibi sit à clava Herculis. Idem p. 1. oper. f. 320. Non est  
universale, quod qui fidem non habet, damnatur. Zwinglium ex-  
cusaturi Rodolphus Gualtherus & Jac. Capellus in Vind. Casanb.  
aliique in confinia erroris concessere, atque Arminianis tela præ-  
buere. Præter Zwinglium etiam Lavaterum, Hardenbergium,  
Tschannum, Tammerum & Bullingerum Rosweidus accusavit pro-  
Baronio scribens contra Causabonum. Nec silentio hic præter-  
mittendus Cæl. Sec. Curio, qui non longe post initia Reformatio-  
nis libros duos de amplitudine regni Dei in lucem proferens, extra-  
ordinariam aliquam gratiam fanaticorum more sciscere ac probare  
conatus est. Adscribere cætui Naturalistarum possimus etiam  
Zwingerum, quamvis non omnino cum illis faciat, dum ex lumine  
intellexus S. S. Trinitatem à Philosophis quibusdam Gentilibus  
cognitam & cultam statuit, Theat. Vit. Hum. Vol. v. l. 4. 311. Cui  
& kin.

& Steuchum Eugubinum nonnulli addunt, qui tamen cognitionem ex traditione admittit. Novissime Moses Amyraldus salutem aeternam sine Christi cognitione possibilem docuit, ejusque nomine à suis, Molinzo, Marelio &c. in crimen vocatus inque Galliae Synodis damnatus est. Amyraldum defendit Stephanus Curcellæus, qui Quater. Diff. III. contemptoribus Evangelii tantum salutem negavit, illos autem omnes, quibus non prædicatum Evangelium, excusatum ivit. Curcellæum e nostris Johannes Musæus, magni nominis Theologus, singulari Disputat. confutavit. Sic quidem Naturalismum non omnes probant, qui reformati audire volunt. Arminiani autem cum Pelagianis & Socinianis aperte hic faciunt, & Naturalismum uno ore omnes confitentur. De Socienianis & Anabaptistis res dubio vacat, cum illi iustificationis doctrinam novam, quæque in V.T. non obtinuerit, aperte profiteantur, hi autem excusent omnes secundum rectam rationem viventes, sint licet à regno gratiæ extores. De Arminio & sequacibus videntur pluribus est, an & hi cum toto suo cœtu in Naturalistarum numerum referendi? Et mihi quidem ita videtur. Etsi enim Arminius disp. XXXII. 85. neminem absque salutari cognitione Christi salvari affimat, in examine tamen Prædestinat. Perkinsan, singularē quandam gratiam statuere videtur, quam verisimile sit conferri illis, qui recte utuntur lumine naturali cum Deus ultra promissum & debitum dare aliquid possit. Quicquid autem sit de Arminio; Remonstrantes in Apologia c. XVII, ad §. 1. Gratiam, statuunt, communem generalem omnibus per Evangelium etiam non vocatis à Deo collatam esse & conferri, per quam idonei facti fuerint, & fiant, ut Deo vocanti in statu suo pareant. Eos autem qui beneficio gratiæ illius legi natura obsequuntur, Deo grates esse, & vel salute aeterna per extraordinariam gratiam donari, vel beneficiis majoribus gradatim à Deo affici, ut ad salutem aeternam pervenire possint. Accipiunt gratiam communem Pelagiano usu, quæ scilicet in statu naturæ omnibus hominibus communis fit, neque conjuncta semper cum prædicatione verbi ac illuminatione cordium. Placet hic annectere, quæ Ryffianus in Synopsis impurae Theologie Remonstrantium ad probandam Pelagianismum Arminianorum ipsis illorum verbis hic contextit. Religio naturalis est, quod amare Deum, e

um

26

um timere, credere in eum, sperare in eo, eique obsequi possimus;  
Episcopius instit. pag. 17. b. Genitium virtutes, si non perfectissime sine, ex operum tamen VERE bonorum censu relegari non possunt. Poelenburg contra Spanheim. pag. 333. Apol. Rem. cap. VI. f. 74. Unde nec dubitandum, quin omni serme aeo nonnulli extirrint, quirationis recta ductum secuti, juste moderateque vixerint; adeo quidem, ut gratia Dei suffulti salutem adepturi sint. Poelenburg contr. Spanh. p. 302. Neminem itaque posse absque fide in Christum sectari sanctitatem, ad quam recta ratio dicit, est adversus solem loqui. Curcellæus con. Mares. p. 388. cum Religio naturalis in mundo locum habuerit bis mille annis, sive potius annis 1657 ad usque tempus diluvii & aliquandiu post diluvium, Episcopius instit. p. 23. Sic Abel fide sola nullo præcepto divino adductus, i. e. rationis recte solius instinctu, Deum judicavit colendum esse rebus, quas haberet in peculio suo optimis. Hebr. XI. 4 & placuit Deo, justusque judicatus fuit (Episcopius Instit. p. 18.) Fides ita commendatur eorum, qui firmiter crediderunt Deum culti sui remuneratorem futurum etiam post mortem, nulla ad id credendum divina revelatione aut promissione adducti, sed solaratione recta. Episcopius p. 6. Sed & Casparis Barlaei Arminiani sententia hac de re versibus prolatâ annexâ hic metetur, quando ille Menassii Bea Israel judao ita acclamat, Miscell. l. 2. p. 446.

Pietas fidei disparis ista placet.

Cunctorum est coluisse Deum. Non unius avi,  
Non populi unius credimus, esse pius.

Si sapimus diversa, Deo vivamus amici,  
Dolaque mens precio constet ubique suo.  
Haec fidei vox summa mea est. Haec rede Manasse;  
Sic ego Christiades, sic eris Abramides.

Atque hæc quidem Naturalismi semina atque incrementa fuerunt, quæ prolixius exponere visum fuit, ut socii erroris deprehendantur; statuimus autem, non omnes & quæ hujus erroris reos esse, quia & timide multi nec non sine conditione assentunt, extra Ecclesiam quandoque salutem contingere. Opponimus omnibus hisce Christi Salvatoris nostri dictum: Nemo potest pervenire ad Patrem nisi

nisi per me. Qui itaque nesciunt Christum ivisse ad Patrem per mortem, ut æternam nobis in cœlis mansionem pararet, nec in eum credere possunt; qui autem non credunt in Christum, illi sunt absque Christo, qui sunt absq; Christo, illi quoque ad Patrem pervenire non possunt. Qui enim absque Christo est, non est in VIA, quiego pervenire possit ad Patrem? Qui absque Christo est, VERITATIS destituitur, vane itaque & frustra currit. Qui absque Christo est, caret VITA, atque sic morte peccatorum sepultus manet. De Gentilibus Paulus ait, quod sint ab alienati à civitate Israëlis, extranei à promissionibus Testamentorum, Spem non habentes, & absq; Deo in mundo, Ephes. II. 12. Ita qui Christum non habent, nec jure civitatis coelestis gaudent, nec sperare possunt æterna æternæ vitæ gaudia, & licet Deum esse fateantur & quodammodo eum colant, sunt tamen absque Deo in mundo. An ergo hi salvi esse possint? Si objicias tempora V. T. & revelationis defectum: Respondemus, Christi passionem & mortem omnino promissam atque revelatam fuisse. Considera protovangelium, Evæ spem, Abraham promissum semen, ejusque fidem, dum vidit diem Salvatoris Joh. VIII. Perpende item sacrificia, totque legis umbras, desideria multorum, spem omnium, conciones Sacerdotum, torque prædictiones Prophetarum, fiduciam etiam morientium Gen. 49. & vel unicum illud tibi propone, quod Christus resurgens discipulos suos ex V. Testam. docuit de necessitate passionis & mortis suæ, Marc. IX. Luc. XXIV. Confer. Act. X. 43. nec dubitabis amplius de Veritate factæ revelationis. Objicis II. obscuram fuisse revelationem, quæque fidem non genererit. Respondemus; Eadem fides quoad substantiam sive naturam in Veritatique in Novo Testamento fuit. Ita Petrus ait Act. XV. 11. Α& της χάρις ιντος νοστρος σαλβαρι, quemadmodum Patres V. Test. Et Apostolus Paulus, Prophetarum & Apostolorum eundem lapidem angularem esse nempe Christum Eph. II. 20. Fidem in Iesum Christum semper fuisse Ebr. XIII. 8. 1. Cor. X. 3. Obj. III. Durum esse negare tot hominibus salutem, illosque æternis flammis addicere. Respondemus, Dicitur iudicia à nobis non esse examinanda. Sic autem Judex ipse ait: Nemo potest venire ad Patrem nisi per me, Ego enim Via, Veritas & Vita. Et Qui non credit Filio, non vide-

videtur vitam, in Dei manet super illam; Job. III. Nisi quis  
renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum eorum.  
Joh. III. 5. Qui non crediderit & baptisatus fuerit, conde-  
mnabitur. Marc. XVI. 16. Objicte (IV) Unum tamen Deum co-  
luisse, qui naturae lumine abusi non sunt. Respondeamus. Qui Fili-  
um non honorat, neq; Patrem honorat. Joh. V. 23. vid. & I. Joh. II.  
23. & I. Joh. V. 11. 12. Obj. (V.) Extraordinaria gratia potuisse  
salvari. Respondeamus. Modus illuminationis potest esse extraordi-  
narius, gratia autem extraordinaria, quæ sit extra sive præter or-  
dinem salutis, quam in Christo ante secula nobis destinavit Pater,  
non datur. Non est in alio salus, nec aliud nomen sub caelo datum est  
hominibus, in quo eopporteat nos salvos fieri. Act. IV. 12. Hec est Vita  
eterna, ut agnoscant Te solu verū Deum, & quem missi Jesum Christum  
Joh. XVII. 3. Conf. I. Joh. V. 11. 12. Objicte (VI.) Patres in  
eadem sententia fuisse, Justinum scilicet, Clementem Alexandri-  
num, Chrysostomum &c. Respondeamus Patres Patribus oppo-  
ni posse. Vide Epistolam ad Magnesianos, quæ Ignatio Martyris  
adscribitur, Naturalismo huic nervos incidentem. Plura alias ad e-  
molliendam hanc Patrum sententiam afferre possemus, cum au-  
tem non omni errore Patres caruisse deprehendantur, repetimus hic  
Augustini dictum: Qui error in sanctis navi instar est, is in pravia  
Doctorib; tartarea fuligo. Concludo tandem disputationem I. de Na-  
tur. & Grat. Si possilitas naturalis per liberum arbitrium, & ad  
cognoscendum quomodo bene vivere debeat, & ad bene vivendum  
sufficit sibi, ergo Christus gratis mortuus est, ergo evacuatum est  
scandalum crucis. Cur non etiam ego hic exclamationem! imo ex-  
clamabo, & ipsis intrepitabo dolore Christiano. Evacuati estis à Chri-  
sto, qui in natura justificamini, à gratia excidistis. Ignorantes e-  
stis subjecti, sicut enim finis legis, ita etiam nature humane vitiis  
se Salvator Christus est ad justitiam omni credenti.

IV. Superest alia adhuc hæretorum turba, quos ex his  
Christi verbis refutare in proclivi foret, nisi intra disputationis me-  
metas consistere nobis esset propositum. Per saturam quod dici-  
tur

Contra tur, agemus de quibusdam, quos dicti hujus censura tangit. Sunt  
Indiffe autem post Naturalistas hic confutandi Indifferentista, licet ita  
gent i- vocare, homines novi, si nomen spectes, at antiqua malitia. Est  
autem Indifferentismus vel sacer, vel profanus. Illum possumus  
<sup>psae ex sexth.</sup> & theologicum vocare, hunc moralem: de indifferentismo sacro  
tantum nobis hic sermo erit. Hic religiones promiscue non tam  
tolerat, quam probat, quasi via non una ad cœlum eatur. Hu-  
jus indifferentismi auctor fuit fœdus ille hæreticus Appelles, de  
quo ex Rhodone vetusto scriptore hæc refert Euseb. Histor.  
Eccles. l. v. c. 12. Appelles dicebat, omnino non esse inquirendam  
doctrinam, sed quemque, ut creditur, manere debere. Salvos e-  
nim fore pronunciabat eos, qui in crucifixum sperant, modo in operie  
bus bonis inveniantur. Rhetoriani, si Augustino credimus, libo  
de heres c. LXX. cum Appelle omnes hæreticos recte ambulare & ve-  
n dicere affirmarunt. Lampetiani, ut Joh. Damascenus prodit.  
sic quoque statuerunt, cœnobitas, quod quaque velit & probet vi-  
vendi genus, id sequi posse; quamvis his verbis argui haud possint,  
ut vult Danæus. Quæ monstra indifferentistarum opinionum  
nostra tulerint secula, discere quis potest ex Mosis Amyrald libiro  
de Indifferentismo nostræ ætatis, quem cum viderem myriades ho-  
rum hominum censere, ex horru & seculi labem non potui non de-  
testari. Quid autem Salvator noster contra hujus quoque opinionis  
fœdum portentum. Ego sum Via, ego sum Veritas, ego Vita, in-  
quit, nemo potest ad Patrem pervenire nisi per me. Quid si unica est  
ad cœlum Via, frustra sibi nonnulli persuadent, ad celos velut  
ad amplam aliquam civitatem via ac porta non una patere ingres-  
sum. Patres ex hoc loco hæreticis, qui viam, qui veritatem non  
tenant, & vita æterna carituros demonstrarunt, vide Cyrilum tra-  
ctatu 9. in Job. pag. 766. (Tom. IV. op.) Merentur autem hue ad-  
scribi verba Gregorii Nazianzeni Orat. IV. de filio pag. 127. edit. Lea-  
oncl. Via quidem est filius ille unigenitus, erroris & aviorum ex-  
pers, ut qui ad bonum illum Patrem, ac mansiones superas nos defee-  
rat. Nemo enim ait, ad Patrem venit, nisi per me. Qui in hac via  
sine errore ambulant, eos Spiritus ille propheticus beatos predicit,  
quam inquit: Beati inculpati in via. Tales sunt autem, quotquot sao-  
nam de Christo, non erroneam sententiam amplectuntur. Veritas;  
est.

est, quod unum sit natura, non multa. Nam quod verum est, unum  
est: quum mendacium sit multiplex. Plura non addo, ubi verba  
clare docent, neminem, nisi qui viam rectam qui veritatem tenet,  
posse fieri partipem æternæ salutis.

V. Restat ut Pontificiorum opiniones aliquot ad nor-  
mam dicti hujus examinemus, illasque ut à Christi effato differ-  
taneas hic quoque exigamus ac rejiciamus. Docent inter alia Pon-  
tificii, Christum mediatorem esse tantum secundum humanam na-  
turam: Conzenius Jesuita ubi in hunc locum commentatur, mul-  
ta deblaterat aduersus Orthodoxos, utiturque solo illo vocabulo,  
quo Christus se viam dicit, ad probandum dogma sectæ suæ. Nos  
telum retorquemus eo fortius, quia Christus & Viam sese & Ve-  
ritatem & Vitam ipsam vocat, dum loquitur de mediatorio officio  
suo. Quare si vel maxime concesserimus, Christum se Viam dixisse  
ob humanæ naturæ veritatem, ut Deus tamen & hic operari ille  
dicendus est, quatenus est & Veritas & Vita ipsa. Verum enim hic  
(Nazianzeno Orat. IV.) est Dei sigillum & accuratissimus character,  
Vita, dicitur, ut qui universa natura, qua rationis est participes,  
sit & obsequens & servans. Sed & alium adhuc errorem fovent Pon-  
tificii, Christi sententia è diametro contrarium, Angelos & San-  
ctos mediatorum loco colentes, atque eorum favore & meritis  
pervenire ad Patrem cœlestem aentes, perinde ut accessum ad ma-  
gnos Reges ministros ejus demerendo captamus. Ita putant, per  
Angelos, per Sanctos ad Patrem perveniri. Erronea hæc senten-  
tia primis in Ecclesia seculis publice condemnata fuit, qua de re  
Theodoreus in ep. ad Colossenses c. 2. v. 18. (tom. 3 p. 355. ed.  
Sirmont.) Synodus qua convenit apud Laodiceam Phrygia, lege  
prohibuit, ne precarentur Angelos. Et in hodiernum usque diem o-  
ratoria Sancti Michaelis apud illos illorumq; summos videre est.  
Illi ergo humilitate nimirum ducti fieri suadebant, dicentes univer-  
sorum Deum nec cerni nec attingi, nec comprehendi posse: & opor-  
tere per Angelos divinam sibi benevolentiam captare. Hi ipsi sunt,  
quos canon Concilii Laodiceni 35. castigat, prohibetq; ovoquā-  
tivū εἰγέλας, crucem hoc ipso figens Pontificiis idololatriis. At  
vero in aprico veritas. Christus sola via est, qua incedendum,

non

F 3

2

2

non Angeli, non Sancti, is enim Via, qui simul Veritas & Vita. Vide Stapulensis Commentarii supra à nobis expositorum, ubi de verbis  
rum horum sententia egimus. Longe etiam periculosissimus er-  
ror iste Pontificiorum est, quod per opera sua, & non per solum  
Christum, Viam ad cœlos adfectent. Notavimus hæc & confuta-  
vimus supra q. 2. in Socinianis, quare hic solum repetemus, quæ  
in Augustana Confessione artic. 20. haec dñe habentur: *Christus se-  
lus positus est Mediator & propitiatorium, per quem reconciliemur  
Patri: Ieag, qui confidit operibus seruari gratiam, is aspernatur Christo  
sineritum & gratiam, & querit sine Christo humanis viribus vi-  
am ad Deum, cum Christus de se dixerit: Ego sum Via, Veritas & Vita.*

VI. Sed & Calviniani, qui ab humana Christi natura idioma-  
ta Divina separant, quippe quæ communicari non potuerint, mani-  
festo hoc dicto confutantur. Loquitur enim hic Salvator de se ho-  
mine, sequi dicere ipsam veritatem, esse ipsam Vitam.

### CAP. III.

#### Usus Dicti Practicus.

Propositorum hic nobis erat, varias expositiones veterum, & me-  
ditationes, quæ non tam ad sensum quam usum verborum perti-  
nebant, exprimere; tempore autem exclusi in pauca contrahimus  
sermonem, dicimusq; cuilibet pio hæc Optimi Salvatoris dulcissi-  
ma verba incitamentum esse debere ad laudes Domino & Salvato-  
ri nostro extimo pectori dicendas. Via ille nobis errantibus est,  
Veritas insipientibus, Vita mortuis. Per illum pervenimus ad Par-  
trem in cœlis, qui per nos tendebamus ad Diabolum in gehennam.  
Possunt quoque eadem hæc verba ut salutare monitum revocare  
nos ab omni opere pravo, ne salutaria illa gratia, quam in Chri-  
sto nobis destinavit Deus, nostra nosmet privemus malitia. Chri-  
stus via est recta ducens ad cœlum, quid ergo avia mundi sectamur?  
Christus Veritas est, unum verum bonum, quid ergo in tot vani-  
tatis seculi hujus distrahimur & confundimur? Christus Vita est,  
cur ergo mortem nostram in peccatis vivimus? Sed & Vitam hoc severo moni-  
to corridentes gaudia ex eo ipso concipere possumus & solertia suavissima. Chri-  
stus via est, in hanc ingrediemur, & felicissimi exitus secuti erimus. Christus ve-  
ritas est, huic credamus & si vel mundus ruat, erimus impavidi. Christus vita  
est, in hoc vivemus & moriemur & morientes vivemus. Moriemur autem nobis  
ne vivamus in ipso. Huic Unica Via, Veritati, Vita, si laus & gloria in secula,

AD. PLUR. REVERENDUM. CLARISS. EX-  
CELLENTISS. QUE  
**M. ADAMUM TRIBBE-**  
**CHOVIUM &c.**

Pro Summo in Theologia Gradu consequendo;  
Summā cum laude Disputantem,

JESU, Salutis es Via, idem Dux Viæ,  
Idemq; Lux, & Meta, Finis in Viâ;  
Sine Te viarum cunctarēstant invia.  
Es Veritatis auctor, ipsa Veritas,  
Quamcœca veri turba spernit nescia;  
Sine Te sepulta veritas omnis jacet.  
Es Vita, viræ vera vita, & in quo vivimus;  
Vitæ dator perennis, & fons limpidus;  
Sine Te quid est hæc vita, mors nisi mera?  
Elementa dîæ hæc pauca sunt scientiæ;  
Ab hisce paucis quippe pendent omnia,  
Versantur uno in illo cardine omnia:  
Hæc prima, media sunt tria hæc, & ultima;  
Hoc semen, hæc seges, simulq; messis est.

Momenta sunt hæc, TRIBBECHOVI ò Optime,  
Quæ nos Magister scire Maximus docet,  
In verba cuius unicè juras, nihil  
Novi volutans, præter illa, pectorc,

Labo-

Laboriosis quæ pagellis nos doces,  
Et eruditè in luce publicâ explicas.  
Hæc est laborum meta, meta Laureæ,  
Quam Tu diu mereris, & quâ maximè  
DEI mereris, atque gratiam DUCIS,  
Phœnicis Illius Ducum Germaniæ;  
Tuis fructur quideinceps dotibus,  
Invita sed carebit hæc Academia.

JESUS, cui Tua dedicasq; & consecras,  
Te dirigat, Te servet, ornet, augeat.

*Senili Calamò Deproperab. L. M.*

**PAULUS P. F. SPERLING,**  
S. Theol. D. & Prof. Ordin.  
Præpositus Hollaticus.



Scilla ad tempus  
l. p. 66. scribit  
dicit Phariseos,  
secundum Christus;  
indagabant ejus  
tus ad h. q. 37.  
Hieologianum  
aruerit, quod vo-  
luptate affectur, ut  
magis luce interna  
rurile ad confir-  
rum intellectum.  
in Iudea conti-  
nuit non modo  
eriam elementa-  
dam in nihilum  
ut hoc Afrum  
quod miraberis  
de Celsi Stilla  
em fumam  
Turonensis, qui  
eccliale hagi,  
illibata, alleg.  
21. 5. 9. p. 316.  
lunam in aqua  
einem lunarem  
sayant. Ce-  
bergeus arbitri-  
stili denuo ex  
T. pp. Art. 2. /  
m falsipura  
partim et  
ex figura filia  
ane. Afrum  
pp. que hac  
dia 06.








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rostdok/ppn791021068/phys\\_0056](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn791021068/phys_0056)

DFG



the scale towards document

s tantum loca palmaria de Messia Homine  
Psalm. CX. Zach. XIII. 7. Exod. XXIII. Ma-  
III. 15. (confer. Genes. IV. 1.) II. Sam. VII.  
XVII. 11. Psalm. LXXXIX. ) Es. VI. IX.  
nulantur Sociniani. Quamvis enim Messiam *contra*  
confiteantur, viam tamen ipsum morte sua *Socini-*  
*guinem* in ara crucis pro nobis obtulisse, at <sup>b. 6.</sup>anos es  
egant atque pernegant. In multis itaque idem  
eis Salvatorem Doctoris loco habent, Viam.  
atione esse dicunt, quam quod viam Salutis no-  
Citavimus hanc in rem superius commentato-  
quibus addi potest dissertatio Socini P. I. de  
II. Quod si urgentur claris dictis scriptura  
rtis ejus monstratur, in morte aijunt exemplum  
Viam resurrectione sua parefecisse ad cœlos, at-  
esse, quia præcessit. Vide Socinum P. I. de C.  
ntemptum de Christo loquuntur, quemadmo-  
ra. Ita Socinus prælect. Theolog. c. XIX. De  
atim videndum est, atque ostendendum, ipsum  
se habuisse, nec fecisse, nec passum esse, ex qua  
satisfactionem istam vel peregrisse, vel peragere  
Horrenda ejusdem verba hæc quoque sunt  
Etiam si non semel, sed sape in sacris monumentis  
Christum pro peccatis nostris divina Justitia satis-  
en rem ita prorsus se habere crederem. Catech.  
. Ch.q. 12. Christum morte sua nobis salutem meru-  
nostris plenarie sati fecisse, sententia fallax est,  
n perniciosa. Si objicias scripturæ loca, quibus  
citur factus pro peccatis nostris; Respondent:  
o factam per ingressum in cœlos, atque expiati-  
gii officii faciunt, neque diffiduntur. Quare si  
atorum nostrorum illis sermonem esse videoas,  
rue intelligas. Sic enim Slichtingius ad Hebr.  
ailla; Æternam redēctionem Christus invenit.  
omnium hominum in se credentium, qui & olim  
vivunt, & ad mundi usque finem pīctūri sunt, o-  
mnia

D 3